Christi figuræ sunt historiæ Veteris Testamenti, v, 325. Christus Vetus Testamentum Novo adjunxit, *ibid.* 239. Judæorum et baptisma et pascha abrogat, *ibid.* 379, 380. Christus legem novam perfectiorem dedit, veterem non abrogavit, *ibid.* 438, 439. Christus non leges novas quas induxit tam sublimes, minimas vocavit, *ibid.* 440.

Christus cur legislatoris nomen tacuit, xi, 235, 236. Christi doctrina repugnantibus omnibus stabilita, *ibid.* 459, 460. Christus leges nobis partim per se, partim per Apostolos tradidit, xxi, 135, 136. Dedit justitiam æternam, xx, 289. Christo parendum in omnibus, xi, 28. Cur Christus diebus festis ostenderet Judæis, *ibid.* Legem servavit, ut per umbram veritatem introduceret, xx, 236, 237.

Christus propter veritatem venit in mundum, ut eam plantaret, iiii, 264.

Christus. Idem est qui legem dedit et qui incarnatus est, *ibid.* 302, 303.

4° Christi vita et mors.

Christi incarnationi nihil par est, vi, 97. Christi adventus necessarius, quare, v, 251. In Christi ortu cur tot signa facta sint, *ibid.* 326. Christi adventus etiam modum Prophetæ prædixere, xi, 435. Christi adventus et cætera ad ipsum pertinentia prædicta a Prophetis, *ibid.* 436, 437. Christus adventu suo sacrificiorum cultum sustulit, *ibid.* 447. Cum

advenisset omnes gentes attraxit, *ibid.* 436. Christi incarnatio admiranda, *xxiii*, 293. Ejus adventus pacem attulit, *xi*, 444.

Christus in præsepio coram innumera multitudine, *xi*, 425. Christus cur paralyticum triginta et octo annorum suscepit sanandum, *xi*, 30. Cum luto cæcum curat, ut discas hunc ipsum esse qui hominem ex luto formavit, *ibid.* 233. Cur paralytico se non notum fecerit, *ibid.* 36. Celeriter a morbis liberabat, *ibid.* 34, 35. In transfiguratione non totum futuri sæculi splendorem exhibuit, *xxi*, 473.

Christi figura Isaac, *v*, 10.

Christi ortus a Prophetis prædictus, *x*, 481. Christus primæ descriptionis tempore natus, *xxii*, 100, 101. Cur baptizatus, *x*, 517, 518. Baptizatus Joannis baptisate, *ibid.*

Christus olim in figura apparebat, sed postea vere incarnatus est, *ii*, 270, 271. Christi adventus causa hæc fuit, ut per fidem in illum ii qui perituri erant, salutis occasionem invenirent, *i*, 391. Christus ex virgine natus obumbrante Spiritu sancto, *ii*, 165. Christi œconomia tota propter nostram salutem, *i*, 331, 332.

Christi adventus prior occultus, *iii*, 375. Christum ortum ex virgine, stella et universa creatura Dominum agnovit, *ibid.* 380. Christi adventus prædictus, *ix*, 427. Christum quomodo Prophetæ noverunt, *v*, 263.

Christi adventus duo, *ix*, 381. Christi caro quomodo nata, *ix*, 367. Christus trium annorum spatîo miraculis celebratus est, *ibid.* 328. In puerili ætate miracula non edidit, *ibid.* 328. Admodum matrem venerabatur, *ibid.* 330. Christi cognati Desposyni vocati admirationi fuerunt, *ix*, 332. Christus cur non Emmanuel vulgo vocatus fuerit, *ibid.* 284. Christus non per virginem quasi per canalem transivit, *ibid.* 264. Christus cur ad baptismum venit, *ibid.* 348.

Christus cum Joanne Baptista non comparandus, *vi*, 242. Cur Joanne minor putabatur, *v*, 376. Christus baptismo Joannis non egebat, *ix*, 299. Christus ante baptismum nullum signum fecit, *ix*, 343. Christum Joanne Baptista inferiorem putabant Judæi, *ibid.* 285, 286.

Christus ab unctione sic vocatus, *xiii*, 174, 175. Nunquam oleo unctus fuit; sed dicitur unctus, quia Spiritum sanctum accepit, *xii*, 15. Christi adventus virtutem faciliorem reddit, *xii*, 376. Christi et Joannis idem scopus erat, *vi*, 245. Christus defendit Joannem Baptistam, *ibid.* 238. Christus infans cur in Ægyptum mittitur, *v*, 324. Cur fuga opus habuerit, *ibid.* 323. Christus cur non ab infantia miracula ediderit, *ibid.* 326. Christum cur baptizari decebat, *ibid.* 375, 376. Christus cur triginta annos natus ad baptismum venit, *ibid.* 345, 346. Christus cur Nazareus vocatur, *ibid.* 339.

Christus cur a Spiritu sancto in desertum ducitur, *v*, 384, 385. Cur non plus quam quadraginta diebus jejunaverit, *ibid.* 386. Christus nos docuit quid sit in tentationibus agendum, *ibid.* 391, 392. Christus cur mane esuriit, *vii*, 124, 125. Christus cur non ante Joannem prædicaverit, *v*, 400.

Christus ut dominus, Moyses ut servus, miracula patrabant, *vi*, 129, 130. Christus celeriter morbos sanat, et alia miracula edit, *ibid.* 118, 119. Fidem petebat ab iis quos curabat, *ibid.* 171. Christus homo non gloriam amabat, contra quam dicebant quidam, *v*, 161. Christus non expectabat aegros, sed ipsos adibat, ut sanaret, *vi*, 174. Christus cur non semper fidem exigit ad miracula patranda, *v*, 403. Cur non omnia quasi auctoritate sua faciat, *ibid.* 434. Alia jussu, alia precibus adhibitis facit, quare, *ibid.* 435.

Christi miracula nivales imbres numero superant, *vi*, 163. Christus signis fide dignum comprobatur, doctrina vero signorum lucrum auget, *vii*, 64, 65. Christus aliorum fidei, aliorum curationem nonnunquam concedebat, *vi*, 118. Christus ab ostentatione quam alienus, *ibid.* 119. Christus lacrymatur; nunquam ridet vel subridet in Evangelio, *v*, 302, 303. Christus sæpe secedebat, quare, *vi*, 364. Christus cur dæmonas in porcorum gregem ingredi permisit, *ibid.* 132, 133. Christus quot beneficia hominibus contulerit, *ibid.* 328, 329.

Christus alio modo quam Apostoli morbos curat, *vi*, 94. Christus cur gen-

tes adiit, *ibid.* 400. Christus cur supra mare ambulavit, *ibid.* 378. Christus Apostolos instituit ut ne mortem timeant, *ibid.* 208. Christus ut Dominus curat, Elisæus ut servus, *ibid.* 92, 93. Christi conspectus gratia multa plenus, *ibid.* 120. Ejus lenitas, *ibid.* Christus ostentationem fugit, *ibid.* 91. Christus causam suam aliquando defendit, *ibid.* 303, 304. Christus exemplo suo Apostolos ad contumelias ferendas hortatur, *ibid.* 203. Christum inter et Jonam discrimina, *ibid.* 303. Christus ænigmæ prædicat, *ibid.* 317. Est is ipse qui exit ad seminandum, *ibid.* Christus quomodo sabbatum solvit, *ibid.* 263.

Christus justitia temperat benignitatem, v, 476. Christus invidia inimicorum usus est ad signum suum celebrandum, vi, 140. Christus aliquando demissus, aliquando sublimius loquitur, *ibid.* 343. Christus præsentia sua nuptias colonestavit, v, 380.

Christus cur transfiguratus, vi, 140, 141, 451. Quomodo Christus resplenderit in transfiguratione, xxiii, 76, 77. Non verbo tantum, sed et opere docebat Christus, xi, 254. Ea quæ docebat Christus exequiebatur, xxi, 390, 391, 392. Christus cur jusserit non duas haberi tunicas, xix, 52, 53. Christus discipulos legibus quibusdam non semper voluit obstringi, *ibid.* 54. Christus humilitatem exemplo docuit, xi, 254. et mansuetudinem, *ibid.* item precationem pro inimicis et orandi modum, *ibid.*

Christus medicus qui non arte humana, sed gratia divina, curat, xi, 13. Christus cur paralytico prius peccata remittit, quam curet illum, *ibid.* 18. Christus paralyticum alium adit, alium per tegulas ad se demitti permittit, *ibid.* 17. Cur Christus Petrum Satanam appellavit, *ibid.* 247. Christus orandi modum docet, *ibid.* 255, 459.

Christus quomodo Apostolos ad certamina pararet, vi, 209. Christi mansuetudo, *ibid.* 284. Christi sapientia ingens, *ibid.* 283. paupertas, vii, 115, 116. Christus ærumnis consolationes adjicit, vi, 193.

Christus similitudines rerum sensibilius usurpabat, i, 179. Christus jejunium quadraginta dierum celebravit,

ibid. 36. Christus cur quadraginta tantum diebus jejunaverit, *ibid.* Christus miracula prophetis copulat in Evangeliiis, aliud alio confirmans, iv, 319. Christi adventus amissa nobis auctiora restituit, *ibid.* 577. et majore accessione, *ibid.* 578. In Christo duæ voluntates, ix, 483, 484. Christus mortis et vitæ potestatem habet ut Deus, ix, 468. Christus verus quomodo a falsis Christis distinguatur, x, 146. Christus quia in sinu Patris est, Patrem novit, ix, 279. Christus cum quanta auctoritate loquitur, x, 290, 291. Christus cur de Gentilibus ad fidem conversis dicat: Non sunt ex hoc ovili, *ibid.* 153, 154.

Christus alimenta turbæ suppeditat, sed rogatus, quare, vi, 364, 365. Christus cur non permisit sequi se volenti ut iret ad sepeliendum patrem suum, *ibid.* 123. Christus in humilibus sublimior, v, 374. Christi discipuli, operarii erant, vi, 174, 175. Christus cur dormivit in mari, *ibid.* 128. Christus frequenter ad synagogas ibat, *ibid.* 349. Christus quomodo Phariseos coërceat, *ibid.* 150, 151.

Christus non semper requirit ægrotorum fidem, v, 487. Christi mansuetudo cum potestate conjuncta, vi, 134. Christus exemplum patientiæ et charitatis, *ibid.* 136. Christus per quinque panum miraculum quanta docuerit, *ibid.* 368, 369. Quam ab inani gloria, *ibid.* 174. quam a fastu et ambitione alienus, v, 406.

Christi virtus quanta, vii, 213. Christi potentia prædicatur, vi, 109. Christi scopus non nisi Christo revelante edisci potest, *ibid.* 274. Christus cur ficui maledixit, vii, 124, 125. Christus secundum duos Evangelistas bis eiecit vendentes de templo, *ibid.* 123, 129. Christus cur respexit in cælum antequam panes benediceret, vi, 366. Christus cur secedat, v, 398.

Christus cur dicatur aperire os suum, v, 408. Discipulos alloquens totum orbem alloquitur, *ibid.* 408, 409. Christi misericordia ineffabilis, vi, 342. Christus cur gratias agat Patri, *ibid.* 253. Christus solum curabat peccatores juvare, non in vulgus traducere, *ibid.* 283. Christus cum potentia sua mansuetudinem quoque ostendit, vii, 65, 66. Christi

mansuetudo et moderatio, *vi*, 72, 75, 416.

Christi potentia asseritur, *v*, 422; *vii*, 282. Christus omne curationis genus adhibebat, *vi*, 148. Christus cur obscure loquatur, *vii*, 103. Christi providentia, *vi*, 303. Christus suprema charitate dilexit inimicos, idololatrias, *vii*, 51, 52. Christus lapidem se ipsum vocat, *ibid.* 138.

Christus cur tot signa fecerit, *vi*, 350, 351. Christus sæpe non aperte redarguebat, sed accedentium mentem aperiebat, *ibid.* 121, 122. Christus cur Judæos alloquens humilibus verbis uteretur, *ibid.* 155. Christus cur Apostolos secum assumebat, *ibid.* 127. Christus cur mala et ærumnas prænuntiet Apostolis, *ibid.* 187, 188.

Christus quædam ut Deus, quædam ut homo faciebat, *xxiii*, 471. Christus cur Lazarum adire procrastinaverit, *ibid.* 472. Christus imperando Lazarum resuscitat, *ibid.* 472, 473. Lazari resurrectio Christi resurrectioni fidem facit, *ibid.* 470. Christum impostorem dicebant Judæi, *xx*, 303, 305.

Christus cur diebus festis se Judæis ostenderet, *xi*, 28, 29. Christus non oratione, sed jussu, Lazarum excitavit, *ibid.* 223, 224. Cur Christus Lazarum e sepulcro nominatim vocavit, *ibid.* ne omnes simul resurgerent, *ibid.* Cur Christus pro suscitando Lazaro precatus sit, *ibid.* 221. Cum orat Christus, non secundum divinitatem orat, *ibid.* 422, 423, 424. Cur orabat Christus cum miracula faceret, *ibid.* 229, 230. Christus non indigebat precibus ad quidvis patrandum, *xxi*, 227, 228. Non ignorabat Christus ubi Lazarus esset positus, *xi*, 219. Christus non ignorans, Christus interrogabat, *xi*, 31. Cur Judæis præcipit Christus ut institas Lazari solvant, *ibid.* 224. Preces adhibet Christus propter mulierum imbecillitatem, *ibid.* 221. Christus precatur ob infideles astantes, *ibid.* 223, 224.

Christus secundum hominum voluntatem miracula patrabat, quomodo, *xi*, 222. Christus humilitatem docuit, *ibid.* 227. Christi prædictiones ejus potentiam ostendunt, *ibid.* 436. Christi vaticinia quam certa, *ibid.* 464. Christum in

prædictionibus veracem esse probatur, *xx*, 266, 267, 272, 273. Christus non impostor, sed servator, sed beneficus, *ibid.* 271.

Christus increpavit dæmonas vera loquentes, *xi*, 164. Christus cur solvebat sabbatum, *ibid.* 33. Ut magister aliquando ballutit nobiscum, *ibid.* 227, 228. Ficui quare maledixit Christus, *ibid.* 143, 144.

Christus cur mulierem, quæ pretiosum unguentum effudit, defendat, *vii*, 273. Christus locum prophetat, ubi mactandus erat, *ibid.* 136. Mortem suam prænuntiavit discipulis, nec tamen ab initio, quare, *ibid.* 99. Christus se humiliavit, ut nos exaltaret, *v*, 239. Christus cur super asinum sedit, *vii*, 115. Christus cur discipulis permisit ut gladios haberent, *ibid.* 317. Christi passio a mille malis homines liberat, *ibid.* 265. Christum esse crucifigendum Prophetæ sciebant, *vi*, 233, 234.

Christus cur ascenderit in montem Olivarum capiendus, *vi*, 298. Christus licet jure nobis irasceret, pro nobis mortem subiit, *v*, 453. Christi cruciatus quot et quanti, *ibid.* 348. Christus quo sensu se regem dicit, *vii*, 336. Christus vere et non specie (ὁμοιότητι) tantum passus est, *vi*, 302. Erant enim a principio Ecclesiæ quidam hæretici, qui putabant Christum specie tantum et ὁμοιότητι in mundum venisse, et ea quæ in Evangeliiis narrantur perfecisse, *ibid.* 469. Christi in cruce potestas exhibita, *vii*, 267. Christi cruce non erubescendum, *vi*, 429.

Christus Pascha fecit, ut per umbram veritatem introduceret, *xx*, 336, 337. Quomodo desideret, et non desideret, *xi*, 424, 425, 426. In Christo humanæ naturæ est illud, si possibile est, *ibid.* 425. Christus quanta pro grege suo passus, *xxiii*, 295, 296. Non cessavit auditores emendare etiamque Judam, *xi*, 139. Alapa cæsus quam patienter tulerit, *xix*, 394, 395. Christi silentium coram Pilato prædictum ab Hēsaiā, *xiv*, 439. Christus latronem verbo in paradisum introduxit, *xi*, 222. In cruce vindex esse noluit, *xx*, 309. Cum se ipsum dejecit, omnes in altum evexit, *xi*, 95. Christum crucifixum prædicant omnes, *ibid.* 450.

Christi cædem pro solutione peccatoris fore prædicitur a Prophetis, *ibid.* 440, 441. Christi necem Dens indignius tulit, quam vituli adorationem, xx, 307, 308. Christi nex Judæis causa malorum, xx, 309, 310. Christus solus derelictus ante mortem, xi, 449, 450. Christi crux a Prophetis prædicta, *ibid.* 435.

Christi sepultura prædicta a Prophetis, xi, 440. Christi descensus in infernum prædictus a Prophetis, *ibid.* 441. Christus propria potestate morti imperavit, xi, 223. Christus cur insufflavit ut Spiritum sanctum daret, xi, 361. Singulis sabbatis synagogam adibat, *ibid.* 359. Quo sensu eni gladium jubeat, xix, 57. Christus Tiberio imperante cruci affixus est, xi, 550. Christi gloria crux est, *ibid.* 248. Christi vulnera tropæa sunt, *ibid.* 362.

Christus Pascha nobiscum celebrare concupiscit, xi, 335, 336. Christus vox Judæos prostravit, ut et Saulum, xiii, 144, 145. Christi miracula in morte, xi, 244, 245. Christus per crucem diabolum debellavit, xi, 334. Pro Adamo debitum mortis explevit, *ibid.* 337. Christo mortuo facta est Ecclesia ex ejus latere, xxi, 331. Christus non a discipulis sepulturæ mandatus est, xxiv, 32.

Christi resurrectio vere fuisse probatur contra Judæos, xi, 546, 547, 548. Resurrectio probatur ex conversione Pauli, xiii, 110. et ex Petri constantia, *ibid.* Christus cur post resurrectionem, Judæis non apparuit, xi, 542. Quibus modis Apostolis apparuit, *ibid.* 370. Quoties post resurrectionem apparuit, *ibid.* 371. Undecies apparuit, ejus apparitiones numerantur, *ibid.* Christus pontifex noster apud Patrem voluit esse, xviii, 259. Christus in morte tantum sua sacerdos, *ibid.* 358.

Christus lubens traditus est, xi, 418. Ejus clementia erga Judam, xi, 130. Christus de Judæ salute sollicitus, *ibid.* 127, 128. Pascha effectus per passionem, xxii, 106. Christus cur extra urbem passus, xi, 281. Christi verba in cruce prolata benignitatem ejus ostendunt, xi, 273, 275, 291. Christus in aëre mortuus, ut aërem purgaret, *ibid.* 267. Patientia præbet exemplum, xxiii, 518. Christus quo pacto mortem device-

rit, xi, 260. Quomodo mediator, xi, 346. Christus omnia inferorum loca circumcivit post mortem, xi, 259.

Christi resurrectionem Martyres probant, xxiii, 503. Christus paradysum aperuit, xi, 268. Christi quanta gloria in throno suo Angelis astantibus, xx, 8. Christi adventus secundus terribilis, xxiii, 536. Christi erga nos misericordia, *ibid.* 533. Christum imitari possumus, xi, 276, 291. Christus factus nobis mensa, vestimentum, domus, caput et radix, xx, 379. Item frater, amicus, sponsus, pater, *ibid.* Christi resurrectionem suam subindicat, vii, 138. Christi resurrectio multis argumentis probatur, *ibid.* 364, 365.

Christum vere resurrexisse probatur, *ibid.* 367, 368. Christi lavacrum quidpiam ex Veteri, quidpiam ex Novo Testamento habebat, v, 239. Christi doctrina annis viginti vel triginta totum orbem pervasit, vii, 214, 215.

5° De Christo promiscua.

Christus mitis et humilis in verbis, quare, xxiii, 534, 535. Christus quomodo implevit omnem justitiam, x, 520. Christus etiam Gentilibus bona contulit, xxiii, 330. Majora, quam ipse fuerat, facturos discipulos prænuntiat, quod nullus Græcorum sapientum ausus est, *ibid.* 327.

Christum magnum quidam impie dicebant, xxiii, 235, 236. Christus cur et quomodo legem abrogavit, xi, 105. Christus ex semine Judæ, xi, 309. Non nisi pro salute humani generis factus homo, i, 56. Crucem suscepit ut nos a maledicto liberaret, *ibid.* Longe plura bona intulit quam diabolus mala, xi, 440. Christi doctrina ubique terrarum effusa, i, 419, 420. Christus vitam promisit unde fugit dolor, xi, 423. Christo soli vivendum, i, 523, 524.

Christus pacis Deus, xii, 259. Christi philosophica vivendi ratio, *ibid.* 490. Christus doctrinam exemplis confirmat, *ibid.* 107. Christus factus maledictum, ut nos impleamur benedictione, *ibid.* 257. Christi multi, sed unus vere Christus, *ibid.* 271, 272. Christum occidentes Judei impleverunt mensuram, iv,

358, 359. Christus cur flevit Lazarum, *xxi*, 372.

Christus, ante ejus adventum fides in eum non exigebatur, *iv*, 372. Christus de minoribus etiam et exiguis præcepta dedit, *ibid.* 332. Christi etiam generatio terrena non intelligitur, *ibid.* 356. Christus suspensus in ligno maledictionem maledictione commutavit, *xix*, 304. Christi generatio divina intelligibilis, *iv*, 353. est æterna, *ibid.* Christus futuram resurrectionem testificatur, *xxi*, 377. Christus quomodo sine genealogia, *v*, 17, 18. Christus. *Vide FILIUS DEI.*

Christi discipuli non a miraculis, sed a charitate internoscuntur, *xix*, 483. Christi multi dicuntur, sed unus verus Christus, *xix*, 432. Christus multa loquebatur in parabolis, *iii*, 318. Christus aliquando fugiebat, *ibid.* 282. In exemplum nobis, *ibid.* Christus cur non semper verbo solo sanaret, *ibid.* 231, 232.

Christus paralyticum sanans primo paralytin peccatorum ejus sanavit, *iv*, 172, 173. Christum Judæi expellebant ut inimicum, *iii*, 122, 126. Christo omnia facilia et expedita, *ibid.* 331. Christus humiliter loquitur nos docens humilitatem, *ibid.* 140. Christi mansuetudo et patientia, *ibid.* 263. Christus bellum contra adversarium confecit, *ibid.* 292. Christus sine causa odio habitus, *ibid.* 89. Christus crucifixus, est tamen altissimus, *ibid.* 293. Cur de cruce non descenderit, *ibid.* 296. Ubi crucifixus est, ibi adoratur, *ibid.* 386. Christus in inferis quot prodigia fecit, *ibid.* 293. Humilis et exaltatus, *ibid.* Christi agones quomodo subeundi, *ibid.* 175. Pro Christo molestiæ libenter ferendæ, *ibid.* 216. Christus magnus qui piscatores illiteratos, magis mutos quam pisces, misit per orbem, *ibid.* 295.

Christus simplicitatem requirit, innocentiam, et ab omni dolo remotionem, *iv*, 59, 60. Christus sponsus noster, *iii*, 46. Christus in pauperibus agnoscendus, *ibid.* 367. Christi hereditas gentes, quare, *ibid.* 299. Christus quomodo benedicatur, *ibid.* 257. Christi carnem et sanguinem edimus, *iv*, 144.

Christus sacerdos secundum ordinem Melchisedech quomodo, *iii*, 489, 490. Ubi Christus est, nullus dæmon ingredi

audet, *ibid.* 206, 207. Christi ascensio, *ibid.* 299. Christi sponsa Ecclesia, *ibid.* 46, 47. Christi secundus adventus, *ibid.* 331. Christus carnem in cibum, sanguinem in potum dedit nobis, *ibid.* 421. Christi adventus qualis, *ibid.* 443, 446. Christus panis vitæ et poculum factus, *ibid.* 438.

Christus pacem attulit in terram, *iii*, 287. Christus quandonam unctus, *ibid.* 272. Christus humilia sublimibus adniscet, *ibid.* 357, 358. Humilia sæpe loquitur quare, *x*, 96, 192, 193. Christus humano more fugit, *ibid.* 206. Christus non suæ dignitati tantum, sed etiam auditorum utilitati consulit, *ix*, 219. Christus docet dignitates esse sperneudas, *x*, 9, 10. Christus nos humilitatem docet, *ibid.* 240.

Christus exemplo docet fastum esse calcandum, *ix*, 409. Christus secundum auditorum imbecillitatem multa loquebatur, *x*, 287. Christus verbis humilitatem, operibus patientiam ostendit, *x*, 198. Quomodo patientiam doceat, *ibid.* 361.

Christus quomodo dicta temperaret secundum captum audientium, *ix*, 373; *x*, 163, 166. Christi doctrinæ omnia postponenda, *ix*, 310. Christus quomodo lux est, *x*, 244. Christus lux cur non omnes illuminet, et quomodo illuminet, *ix*, 226. Christi doctrinæ omne tempus proprium est, *ix*, 310.

Christi doctrina quomodo sua est et non sua, *x*, 63. Christi sermo durus, id est, captu difficilis, *ibid.* 44, 45. Christi verba quomodo spiritus et vita sunt, *ibid.* 46. Christi auctoritas, *ix*, 470. Christus cur sæpe vitam memoret, *x*, 44. Christus tumultu vacua loca querebat ut discipulos alloqueretur, *ibid.* 349. Christus quædam discipulis occultabat, ne in moriorem injiceret, *ibid.* 265. Christus legem paulatim solvebat, *ibid.* 4, 5. Christus Judaicas observationes abrogat, *ix*, 410, 411.

Christus non statim dignitatem suam revelavit, *ix*, 353. Christus neminem necessitate aut vi trahit, *x*, 76. Nec vi aut necessitate detinet, *ibid.* 48, 335. Christus non præsens modo, sed etiam absens curat utilitatem discipulorum, *ibid.* 13. Christus quantum homines curet ipsisque provideat, *ix*, 433.

Christus discipulorum infirmitati se attemperat, x, 335. Christi benignitas, *ibid.* 57, 58. Christi amor erga inimicos, ix, 375. Christus cur permiserit ut metrix pedes ipsi lavaret, *ibid.* 175. Christi erga inimicos benignitas, *ibid.* 238, 239. Christus non temporum necessitati subjectus erat, *ibid.* 334, 335. Sed rerum ordinem servabat, *ibid.* Christus cur successit, *ibid.* 405. Christum puerum miracula fecisse falso narrabant quidam, *ibid.* 298. Christi vita laboriosa *ibid.* 408. Christus in sollemnitatibus Ierosolymam adibat, quare, *ibid.* 448. et palam loquebatur, x, 166.

Christus cur in synagoga doceret et in templo, x, 44, 45. Christus legem non transgreditur, sed supergreditur, ix, 458. Christus multam habebat pauperum curam, x, 255. Christus cur loculos habuerit, *ibid.* 256. Cur Judæ furi loculos commiserit, *ibid.* 207, 208. Christus ementes et vendentes bis eiecit de templo, ix, 344. Christus cur per ænigmata cum Nicodemo loquatur, *ibid.* 354. Christus quo sensu dicitur tentasse Philippum, x, 6. Christus qui palam semper loquebatur, cur semel in occulto loquitur, *ibid.* 60. Christus quater dæmoniacus fuit appellatus, *ibid.* 156, 157. Imo sæpius, *ibid.*

Christus cur obscure quædam prænuntiet, ix, 346. Christus cur non baptizabat, sed hoc munus discipulis relinquebat, ix, 388, 389. Christus quomodo testimonium ab homine accipiat, *ibid.* 218. Christum miracula prædicabant, *ibid.* 256. Christus cur cum miracula edit, modo precatur, modo non precatur, x, 8. Christus cur sæpe iudicium, vitam et resurrectionem memoret, ix, 478, 480. Christus cur dicat regnum uum de hoc mundo non esse, x, 357, 358.

Christus quomodo humanam naturam reparavit, ix, 253, 254. Christus ab Adamo major, Prophetis excellentior, x, 110. Christus fons, radix bonorum omnium, vita, lux, veritas, ix, 267. De plenitudine Christi accipere quid sit, *ibid.* 268, 269. Christi discipuli majora quam Christus miracula ediderunt, x, 189. De Christo humana scribunt Evangelistæ, *ibid.* 187. Christus cur Lazarum foetentem suscitavit, *ibid.* 180. Christo præsentem cur

non advenit Spiritus sanctus, *ibid.* 277.

Christus sponsus Ecclesiæ, ix, 305. Christi confessioni omnia postponere magnum bonum, *ibid.* 293. Christi imitatores quomodo esse possimus, *ibid.* 282. Christi voluntas a credentibus observanda, *ibid.* 324. Christi amor rerum terrenarum contemptum parit, x, 397. Christus ubi est, eo nos transferre debemus, *ibid.* 221. Christus in lotionepedum quantam humilitatem ostendat, *ibid.* 240, 241. Christus Judæ pedes primum lavit, *ibid.* 241. Christus lavit pedes discipulorum, ut nos modestiam discamus, *ibid.* 243. Christus cur Judam proditorem aperte non dixit, *ibid.* 255. Christus quomodo turbatus, *ibid.* 221. Christus non invitatus, non vi aut necessitate, sed sponte ad passionem suam venit, *ibid.* 348. Christo alapam Malchus influxit, *ibid.* 351. Christi mors est translatio, *ibid.* 313, 314. Non contumelia est, *ibid.* 375, 376. Non obfuit quominus maneret ille in æternum, *ibid.* 227.

Christus non in passione tantum tollit peccata mundi, ix, 306. Christus cui discipulo Mariam matrem suam commendat, x, 373. Christi crucis titulus cui usui fuerit, *ibid.* 371. Christus cur in novo monumento positus sit, *ibid.* 376. Christi resurrectio divinitatis signum, ix, 347. Christus cur a Maria Magdalena tangi noluerit, x, 384. Christus cur post octo tantum dies Thomam viderit, *ibid.* 392. Christus cur in vespera discipulis apparuerit, *ibid.* 386. Christum post resurrectionem prima vidit Maria Magdalena, *ibid.* 383. Christi corpus cur cicatrices habuerit, *ibid.* 392. Christi passio semper in mente ferenda, *ibid.* 366. Christus cur sæpe resurrectionem memoret, *ibid.* 30. Christus cur primogenitus mortuorum dicatur, *ibid.* 32. Quomodo potestatem habuit ponendi et sumendi animam, *ibid.* 155. Christi exemplum sequamur oportet, *ibid.* 358.

Christi servi quantum differant a servis mammonæ, ix, 230, 231. Christus quando exivit a Patre, non reliquit Patrem, xvi, 340. Christus Deus cum esset servus factus est, xviii, 188. In Christo ea omnia esse, quæ in Patre sunt probatur, xvi, 130, 131. Christus auctor omnium, non administer, *ibid.* 134. Ante Christi

adventum omnia subversa erant in genere humano, xvii, 61.

Christus doctor noster per passionem mortem expugnavit, xviii, 36. Christus venit ut abnegemus impietatem, *ibid.* 148. Christi sanguis peccatorum remissionem operatur, xvi, 129. Christi mors interfecit inimicitias, *ibid.* 172. Christi mors pereuntem orbem servavit, terræ cælum junxit, xviii, 14. Christus servator omnium maximeque fidelium, xvii, 437. Christus adveniens homines deduxit ad dignitatem Angelorum, *ibid.* 56. Christus pro Gentilibus mortuus est, nos pro illis oportet, *ibid.* 398. Christum vocat Paulus charitatem veritatis, *ibid.* 317.

Christus est legis plenitudo et finis, xv, 544. Christi plenitudo est Ecclesia, xvi, 147. Christus morte percussus mortem sustulit, xvii, 72, 73. Christus cur in mundum tardius venerit, *ibid.* 54. Cum Christo sedere quanta res sit, xvi, 159. Christi militem esse magna dignitas, xviii, 35. Pro Christo vinctum esse majus putatur, quam sedere a dextris ejus, xvi, 198. Propter Christum pati bonis omnibus majus est, *ibid.* 200. Christus gratiam dat, xiv, 128.

Christum qui vere amat, ipse peccatorum suorum vindex, xv, 347. Christi doctrina ex miraculis et ex prædictionum eventu asseritur, xiv, 209. Lex per Christum finem accepit, xv, 289. Christum imitari possumus, xiv, 281. Christi mysteria philosophi non possunt attingere, quare, *ibid.* 166. Christum resurrexisse probatur, xv, 100, 102, 103. Christus cur sibi opem non tulit quando crucifixus est, xiv, 152, 153. Christus vel unum hominem lapsum redempturus venisset, xvi, 60, 61. Christi resurrectio omnium resurrectionem probat, xv, 315. Christus cur Petro primum post resurrectionem apparuit, *ibid.* 89.

Christus oris sui spiritu antichristum opprimet, xv, 264. Christus per contraria persuadet, quomodo, xiv, 156, 157. Christi predictiones nec arbitrii libertatem labefactant, nec necessitatem affe-
runt, *ibid.* 475. Christus servos nostros, fratres vocat; cur nos non vocemus, xviii, 184. Christi imaginem contume-

lia afficit qui hominem contumelia afficit, xvii, 267. Christus inimicos diligere jubet, et nos ipsum amantem persequimur, *ibid.* 368, 369. Christum non alunt qui pauperes non alunt, *ibid.* 89. Christi servus non studet hominibus placere, xvi, 365. Christus cur os obstruit dæmonibus, xvii, 338.

Christus de se ipso humiliter loquebatur, xii, 9. Cur non omnibus, sed Apostolis tantum post resurrectionem apparuit, *ibid.* 11, 12. In Christo primum signa, postea doctrina, deinde miracula, *ibid.* 84, 85. Christus quæ docebat, per opera exercebat, *ibid.* 9. Christus in auxilium legis venit, xiii, 371. Christus non tantum tyrannidem peccati extinxit; sed etiam carnem leviolem et spiritualiorem fecit, xiii, 378, 379. Christi paupertas in exemplum sumenda, xiv, 24, 25. Christi prædicationis vis ac perfectus subitanus, xiii, 184. Igne vehementius in orbe spargebatur, *ibid.* 257, 258. Christus futura omnia noverat, xii, 25. Christi passio, actio vocari potest, *ibid.* 9. Christi mors est mors mortis, xiii, 324. Christus longe plura, quam debeamus solvit, *ibid.* 310.

Christi resurrectio non est cum aliis communis, xii, 73. Ex miraculis indubitata redditur, *ibid.* 11. Christi resurrectio probatur, xiii, 293, 294. (De) Christo crucifixo non erubescendum, *ibid.* 195. Christus ad judicium faciendum nube vectus veniet, xii, 28. Christus novas posuit leges, *ibid.* 74. Christus semper salutem et emendationem nostram curat, xiv, 31. Christum et amatum et amatorem habere, omnium bonorum maximum est, xiii, 305.

Christus radix, potus, cibus, vita, etc., xiv, 19. Christi igne succensus homo non gloriam, non ignominiam curat, xiii, 65. Christum amare quid sit, xii, 77. Pro Christo omnia ferenda, *ibid.* 183, 184. Christi (in) stadio corona non percutienti sed percusso datur, xiii, 539. Christi discipulorum tessera est charitas, xii, 452. Christo minus obtemperant homines, quam diabolo, *ibid.* 80, 81. Christum rejicit qui rejicit pauperem, xiii, 426. Christi doctrina fide tantum egit, non syllogismis, *ibid.* 193.

6° *Christus doctor et remunerator.*

Christus nobis omnia est, VI, 73; VII, 233. Ad Christi dexteram vel sinistram nemo sedebit in regno Dei, VII, 103, 104. Christus canes vocat eos qui impietate laborant incurabili, VI, 66. Christus cur vitæ ejusque finem incertum reliquit, VII, 241. Christi vita nobis exemplum, VII, 113. Christo semper hærendum, VI, 369, 370. Christus nos ubique instituit ad vulgi existimationem depellendam, *ibid.* 160.

Christus concupiscentiæ radices evulsit, V, 483. Christus viam ad salutem faciliorem parat, VI, 328. Christus agricola, *ibid.* 175. Christus spiritualibus sensibilia miscuit, V, 413. Christus animas ad philosophiam, id est, ad virtutem instituebat, VI, 120. Christus sustulit astrologiam, fatum et præstigias, V, 292.

Christus non omnia gratiæ tribuit, sed operam hominum postulat, VI, 204. Christum sequi quid sit, VII, 6. Christo sine mora obtemperandum, V, 401. Christus non cogit, sed hortatur, indulgens nobis, VI, 438. Christus et per utilia et per noxia ad obsequendum acuebat, VI, 37.

Christi præcepta sunt complementum legis veteris, V, 438. Christus ex suscipientium voluntate modo venit, modo avolat, VI, 182. Voluntati, non operi, pœnam vel mercedem decernit, *ibid.* 4. Christi præcepta nihil difficile habent, *ibid.* 379. Christi jugum quomodo suave sit, VI, 259. Christus animas ad philosophiam deducit, *ibid.* 92, 93. Christus jejunium, orationem et eleemosynam maxime commendare solet, V, 3. Christus lugentes beatos prædicat, ridentes autem miseros dicit, VI, 281.

Christi est sedes in cœlo dignis dare, VII, 104, 105. Christum sequi jam magna merces est, VI, 40. Cur Christus gentes adiit, *ibid.* Christum offendere gehenna gravius et terribilius est, *ibid.* 238. Christi populus sunt, non Judæi modo, sed quotquot ad fidem accedunt, V, 271. Christi amorem minuit affectus erga creaturas, *ibid.* 275, 276.

Christus non vi vel necessitate utitur;

sed rem arbitrio nostro relinquit, VI, 437, 438. Christus non a bellis, non a Barbaris, sed a peccatis populum suum liberat, quod ipse solus facere potuit, V, 271. Christus utilia parat dum contraria tollit, VI, 36, 37. Christo data merces longe excedit laborem, VII, 232.

Christus nos instituit ad vanam gloriam fugiendam, VI, 170. Christi discipuli vitis fuerant subditi; sed ab iis sunt liberati, VII, 209. Christus omnibus benefecit, neminem punivit in terris, quare, XI, 140. Christi munera in eos qui propter se passi sunt, XXI, 11. Christus omnia fecit, ut pacem colamus, ut conjuncti inter nos simus, XX, 231. Christi spondos, XXIII, 81. Christus in dotem ascribit immortalitatem, laudem cum Angelis, immunitatem a morte, libertatem a peccato, hæreditatem regni, justitiam, sanctificationem, liberationem a præsentibus, futurorum adoptionem, *ibid.*

7° *Christi adventus secundus.*

Christi adventus duo, VI, 416. Aliud enim est tempus hujus adventus, aliud futuri, *ibid.* In primo adventu ut medicus venit: in secundo ut judex veniet, *ibid.* 416, 417. Christus secundum adventum suum prædicat, VII, 227. Christi adventus secundus, ejusque signa, *ibid.* 205. Christi adventus duo, *ibid.* 3.

Christi adventus secundus quam gloriosus, VI, 460. Nam tunc discipulis se attemperans Christus tantum splendorem effudit, quantum poterant illi ferre, *ibid.* In extremo autem tempore in propria Patris gloria veniet, non cum Moyse et Helia tantum, sed cum immenso Angelorum exercitu, cum Archangelis, cum Cherubinis, cum hujus modi multitudine infinita, *ibid.* Christi adventus prior et posterior, V, 348, 349. Christus in judicio honores et pœnas inferet, XI, 83, 84. Christum judicem venturum esse a Prophetis prænuntiatur, *ibid.* 454. Prædictiones a Christo prolatae ejus potentiam ostendunt, *ibid.* 456. Christus judicium habet omne; nihil ejus calculo sententiæque subtractum est, *ibid.* 86. Christus potestatem habet tum puniendi, tum coronandi, *ibid.*

Christi tribunal, ubi omnes aderunt,

xi, 50, 51. Christi adventus prior humilis sine strepitu, *iii*, 376. Secundus manifestus et splendidus, *ibid.* Christi adventum ignoravit diabolus, *ibid.*

8° *Christus in eucharistia.*

Christus ipse in sacerdote dat eucharistiam, *vi*, 382. Christus cur mysterium corporis sui tempore Paschatis celebraverit, *vii*, 295. Christi sanguis morbos animi extinguit, *v*, 275. Christi sanguinem dare sacerdoti soli licebat, *vi*, 329. Christus se ipsum dat in cibum, *ibid.* 96. Ipsum Christi corpus comeditur, *ibid.* 382.

Christus impeccabilis erat, *v*, 375. Christus non ignoravit futuri iudicii tempus, *vii*, 236, 237, 238. Christus in sacrificio omnium manibus tenetur, seseque volentibus dat complectendum et accipiendum, *xx*, 424. Christus vere in sacrificio est, *ibid.* 486, 487. Christi natura in eucharistia, *ibid.* 424. Christi corpus moribundis datum quam bonum præstet exitum, *ibid.* 487.

Christus adest in eucharistia, *xi*, 108. Adest Christus et nunc is, qui sanctam mensam paravit, hic ipse hanc nunc in eucharistia exornat, *ibid.* Non enim homo est, qui facit ut proposita efficiantur corpus et sanguis Christi, sed ipse Christus qui pro nobis crucifixus est, *ibid.* Hæc verba: *Hoc est corpus meum*, proposita panem transformant in eucharistia et sic sacrificium est perfectum, *xi*, 108, 123. Locus insignis de sanctæ eucharistiæ veritate, *xxii*, 99, 100. Christi caro in mysteriis sacris, *ibid.* Christus carnem suam et secum assumpsit, et nobis reliquit, *ibid.* Christus sanguinem suum nobis communicavit, *ibid.* Christi sanguis in salutem effluentium effusus, *ibid.* 125. Christus per crucem festum agere præcipit, in cruce namque immolatus est Christus, *xi*, 267. Ubi namque sacrificium, ibi peccatorum abolitio, ibi reconciliatio cum Domino, ibi festum et lætitia, *ibid.* Pascha nostrum immolatus est Christus, immolatus in excelso patibulo, *ibid.* Christus offerebat et offerebatur secundum carnem, *ibid.* Christus sacrificium et sacerdos, *ibid.* Christus carnem et sanguinem suum dat

nobis in eucharistia, *xix*, 227, 228. Christi sanguis nobis potus in eucharistia, *ibid.* 227.

Christi sanguis sanctissimus in vestes militum effusus in expulsionem Chrysostomi, *xxiv*, 7, 8. Christi corpus quomodo sumendum, quibus diebus ad id accedebatur, *xvi*, 151. Christi corpus vere in eucharistia est, *xviii*, 22.

Christi corpori conforme futurum est corpus nostrum, *xvi*, 568, 569. Propter Christum pati, est quovis solatio jucundius, *ibid.* 218.

Christus in omnibus elementis miracula fecit, hinc probatur Deus, *ii*, 508. Christus docuit se mundi opificem esse, quomodo, *ibid.* 483. Christus ortus ex peccatoribus et meretricibus, quare, *vii*, 426. Christus ut doceret cur in montem ascenderit, *viii*, 43. Christus cur Discipulis passionem suam prænuntiavit, *ibid.* 358. Christus vulnera servavit, ut in die iudicii proficerent ad testimonium passionis contra Judæos, et omnes qui denegantes Filium Dei crucifixum in corpore judaizant, *ix*, 100. Christus panis nutritorius est unigenitus Deus verbum qui intus mandatis Dei habetur secundum prophetiam inclusus, quem filii Israël carnaliter interpretantes nunquam proferebant ad manifestum, *ibid.* 111. Christus propter utilitatem nostram ascendit, *ibid.* 137. Christo credere et non credere quid sit, *viii*, 179. Christus mons est, qui occupavit totam terram, *ibid.* 58. Christus baptizavit Joannem ut dicitur in secretioribus libris, *vii*, 486, 487. Christus esuriens quomodo satiatur, *viii*, 228.

CHRISTEMPORI, id est Christi mercatores. Sic vocabantur Christiani ab Ethnicis, *xvii*, 219.

CHRISTIANA res quomodo aucta, *xi*, 478. Christiana religio ex cruce crevit, *ibid.* 448, 449.

CHRISTIANUS tunc jure tristatur, cum vel ipse vel proximus Deum offendit, *xx*, 164. Christiani singuli templum Spiritus sancti esse possunt, *ibid.* 317. Christiani assidue in templis versari debent, *xi*, 476. Christianus nunquam ex principe privatus efficitur, nec pauper ex divite, nec ex glorioso inglorius, *xxi*, 445. Christianus in divitiis manet, etiam cum

mendicat, et erigitur, cum sese depingere satagit, et eum quem obtinet principatum, non hominum, sed principum, qui sunt sub potestate rectoris tenebrarum, nullus ipsi potest auferre, *ibid.* A Christianis major philosophia requiritur, quam a Judæis, *xxi*, 57. Christiano una sollicitudo placendi Deo, *xxi*, 450. Christianos non mensibus, non noviluniis, non Dominicis diebus ferari oportet; sed per omnem vitam festum diem sibi accommodatum agere, *xxii*, 30.

Christiani tum maxime florent, cum oppugnantur, *xxi*, 43. Christiano vero una calamitas Deum offendere, *ibid.* 450. Cæteras Christianus calamitates non curat, *ibid.* Christianus vir Antiochenus mulierem ad jurandum in ædem Judæorum intrare cogit, *xx*, 205. Christiani quidam Antiocheni Judæorum festis intererant, *ibid.* 20. Christianam rem vilis conditionis homines propagarunt, *xxiii*, 334. Res Christianorum in persecutione florent magis, *ibid.* 344. Christiani nomen nihil prodest, ni adsint opera, *ibid.* 345.

Christiani omnes signiferi, et Christi nomen unusquisque gestat in conspectu gentium atque regum, *xxiii*, 267. Christianorum nomen ortum Antiochiæ, ut dicitur in Actibus Apostolorum, contigit primum Antiochiæ discipulos appellari Christianos, *xxii*, 310. Christianus civitatem non habet super terram, *ibid.* 312. Christianorum funera hymnis, precibus et psalmis celebrantur, *xxiii*, 458. Neque fas est Christianis necessitate ac violentia errorem subvertere, sed suadela, sermone et mansuetudine hominum salus curanda est, *ibid.* 332. Christiani veri mores, *xxii*, 202, 203.

Christiani Antiochiæ conservatores, *xxii*, 76, 77. Christianus patriam in terra non habet, sed Jerusalem quæ sursum est, *xxiii*, 317. Christiano terrena nulla est artis professio, sed ad supernam conversationem vitæ pertinet, *ibid.* 318. Christianus cognatos habet sanctos omnes ac cives, *ibid.* Christianus in gratia philosophatur, id est, philosophicam vitam ducit, *xxii*, 125, 126. Christianus spe futurorum omnia fortiter ferre debet, et in hoc ab infidelibus differre, *ibid.* 84. Christianorum res signiores evadunt,

cum quis religione illis consentiens adit thronum imperatorum; cum autem quis impius Christianis plane infensus innumerisque illos malis afficiens, imperium tenet, tunc florent res Christianorum ac splendiores efficiuntur, *xxiii*, 344. Christianos callide persequitur Julianus, *ibid.* 383.

Christiano nihil grave mors affert, *xxii*, 138. Christianus mortem non timet, *xxiii*, 457, 458. Christianus intrepidus, invictus manet, *xxii*, 143. Christianus per opera fidem demonstrat, *ibid.* 140. Christiani natalia, *xi*, 527.

Christianus non soli sibi, sed multis prosit, *xix*, 16, 17. Christianus verus nihil pertimescit, *xxiii*, 65. Christiani doctrinam acceptam debent aliis imperitare, *xxiii*, 102, 103. Christianæ fidei adversarii quam multi, *xxii*, 385. Christianorum spes æterna et immota, *ibid.* 383. Christiani officia, *i*, 128, 129. Christiani est adversus concupiscentias carnis semper in acie stare, leges Domini nostri nobis datas semper habere præsentēs, etc., *ibid.* Christiani non suam solum, sed et aliorum salutem curent, *ibid.* 47, 48, 56, 57. Christiani proximos monere debent, *v*, 111.

Christiani erga omnes humani esse debent, *i*, 403, 406. Christiani vita consonare debet cum fidei dogmatibus, *ibid.* 47, 48. Christiano nihil prosunt dogmata, si vitam negligat, *ibid.* 176. Christiani quidam improbi gentium conversioni obstaculo erant, *ibid.* 80. Christianis licet inter gentes versari, quomodo, *ii*, 42, 43. Christianus quotidie debet in virtute et morum emendatione proficere, *i*, 151. Christiani domos quasi Ecclesia esse debet, *i*, 47; *ii*, 431, 432, 433.

Christianorum mensa quenam sit oportet, *ii*, 445. Christianus quo signo internoscatur, *ibid.* 456. Christiani veri nulli visibilia sunt affixi, omnia ipsis unibra et somnium reputantur, *i*, 109. Christiano per totam vitam certandum est, *ibid.* 75. Christianus de lucro et de damno proximorum rationem daturus, *ibid.* 109. Christiani debent Scripturas sacras legere ipsasque meditari, *ibid.* 295. Christianis majora promissa sunt quam Abrahamo, *ibid.* 557. Christianorum priscorum concordia, *ibid.* 506.

Christianus semper et perpetuo in armis esse oportet propter magnam inimicorum phalangem, *iii*, 72. Christiani fide magis opus habent quam olim Judæi *ibid.* 563. Christianorum auctus numerus post Pentecosten, *ibid.* 298. Christiani Antiocheni in mysteriis sese mutuo amplectebantur, ut multi unum efficerentur; pro non initiatis communes preces effundebantur, pro infirmis, pro orbis fructibus, pro terra et mari, *x*, 312. Christianorum non lege naturæ, sed gratiæ crescebat multitudo, *iv*, 189.

Christiani sustulere Gentilium aras, templâ, festa, *iii*, 482. Antiochiæ primum in Christum credentes Christiani appellati sunt, *v*, 319, 320. Christiani magistri doctrina, *ibid.* 229. Christianis quænam præcipua, *ibid.* 250. Christianus non initiatus non poterat patrem vocare Deum, *vi*, 14. Christiani nomen apud Gentiles probro dabatur, *v*, 426, 427. Christiani Antiocheni centum mille erant, *vii*, 334, 335.

Christiani cohæredes Unigeniti, *vii*, 381. Christiani hic sunt Angeli, quales ergo erunt post obitum? *vi*, 311. Christianorum doctores sunt publicani, piscatores, tentoriorum opifices, *v*, 230. Christianus non sibi tantum, sed etiam proximo utilis esse debet, *ibid.* 479. Christianorum erga Apostolos amor, *vii*, 89.

Christiani erga inimicos officii novem gradus, *v*, 481, 482. Primus gradus est, non injuriam inferre; secundus, ubi incœpta est injuria, non illam pari vice ulcisci; tertius, non inferre in lædentem idipsum quod passus es, sed quiescere; quartus, se ipsum offerre ad mala patiendum; quintus, plura illi præbere, quam ipse velit qui malum intulit; sextus, non odio habere illum qui talia egerit; septimus, ipsum etiam diligere; octavus, ipsi benefacere; nonus, Deum etiam pro ipso precari; hæc est culmen philosophiæ christianæ, *ibid.* Christiana doctrina omnibus perspicua, *ibid.* 229, 230. Christianæ fidei præcipua capita, *ibid.* 225. Christianus quomodo et quibus notis cognoscendus, *viii*, 178, 579. Falsi Christiani quos Deus in ignem promittit mittendos, non gloriæ erunt participes, *ibid.* Falsi prophetæ de quibus ca-

vendum erat locutus Christus, non alii sunt, nisi falsi Christiani, et falsi Christianorum prædicatores, *ibid.* Christiani nomen solum non prodest ad salutem, *vii*, 472. Multi enim insipientes Christiani per hoc solum putant se esse salvandos, quia sunt Christiani, *ibid.* Ad quos dicit Joannes: Nolite dicere quia sumus Christiani, sed facite fructus dignos pœnitentiæ, *ibid.* Christiano vero quid faciendum, *ibid.* 184.

Christiana officia quam facilia, *x*, 159. Christianismus cum recta doctrina probam vitam expetit, *ix*, 384. Christiani nomen quam venerandum, *ibid.* 317. Christianus debet esse doctor orbis, fermentum, lux, sal, *x*, 91. A Christiano non utilitas tantum sua, sed etiam aliorum exigitur, *ibid.*

Christiani veri fervore multo opus habent, *ix*, 431. Christiani unum corpus sunt, quod est maximum amicitiae vinculum, *ibid.* 282. Christiani in mysteriis se mutuo amplectebantur, *x*, 312, 313. Christianis Gentiles improperebant quod nec signa fierent, nec charitas inter illos esset, *ibid.* 259, 260. Christiani nomine multi, re pauci, *ix*, 271. Christianus verus a nemine lædi potest, *xiii*, 52. Christiani veri a solo Christo nomen accipiunt, hæretici ab hærescos auctore, *xii*, 379, 380. Christianus aliorum salutem curare debet, *ibid.* 247.

Christianorum cognatio et affinitas per spiritum est, *xiii*, 504. Christianus verus lædi nequit, quod lædere non possit, *ibid.* 53. Christiani sic dicti sunt ex Pauli opera in civitate Antiochiæ, *xii*, 297. Christiana res a parvis cœpit, *ibid.* 299. Christianæ vitæ perfectio, *xiii*, 346. Christiano vero prosunt qui illum vexant, *ibid.* 319.

Christianorum bonum est fraternus amor, conjunctio et colligatio, vita in pace et mansuetudine acta, *xiv*, 42, 43. Christianorum fratrum causa pericula omnia subeunda sunt, *xii*, 486. Christianorum priscorum vita communis, *ibid.* 134. Omnium erat cor unum et anima una, *ibid.* Felicitas primorum Christianorum, *ibid.* 88. Christiani prisce angelica respublica erant, quod nihil dicerent sibi proprium, *ibid.* 87. Christianorum est inimicis benefacere, *ibid.* 113.

Christianorum priscorum concordia, jejunia, pecuniarum contemptus, *ibid.* 175. Verorum Christianorum virtus in persecutionibus, *ibid.* 290. Quam mira primorum Christianorum vita, *ibid.* 148. Christiani centum mille Constantinopoli, *ibid.* 138, 139.

Christiana lex multo magis vitam tuebatur et continebat, quam externae leges, xv, 397. Christianismi stabiliendi difficultates, xiv, 207. Christianismi perfectissima regula est, quæ omnibus conferant querere, *ibid.* 460. Præclarum nihil est, nisi sit aliis utile, *ibid.* 448. Christiani sapientia, non Platonis sapientia, sed ipse Christus est, *ibid.* 169, 170. Christianis omne tempus, dies festus est, ob ubertatem collatorum bonorum, *ibid.* 306.

Christiani quidam gentilia nonnulla servabant, xvi, 21. Multi etiam Christiani judaizabant tempore Chrysostomi, *ibid.* Christiani multi Antiochiæ resurrectionem non credebant, xiv, 162, 163. Christiani legalia observantes redarguuntur, xvi, 56. Christiani utilitas propria in utilitate proximi sita est, xv, 9.

Christianus omnibus superior esse debet, xvii, 386, 387. Christiani cur fideles vocemur, *ibid.* 5, 6. Christianis tempus præsens est tempus belli, *ibid.* 186, 187. Christianorum Pauli tempore virtus, xvi, 451, 452. Christianis necessariae sunt ærumnæ, *ibid.* 595. Christianum esse vigilantem oportet, *ibid.* 386.

CHROMATIUS Aquileiæ episcopus, xxiv, 297. *Vide notam (14) ejusdem voluminis.* Chromatio Aquileiensi scribit Chrysostomus, xxiv, 296, 297.

Χρόνος et καιρός. Aliud est Χρόνος tempus, et aliud καιρός opportunitas. Χρόνος diuturnitas est, et καιρός opportunitas, xi, 500. Necesse qui dicat Χρόνος est vindemiæ; nemo dicit Χρόνος est virginem locandi, sed καιρός est virginem locandi, καιρός sementis et καιρός messis, *ibid.* Salomonque ait: καιρός pariendi, et καιρός moriendi, καιρός ædificandi, καιρός destruendi; καιρόν dicit opportunitatem, *ibid.*

CHRONOLOGICI quidam Salomonem duodennem regnare cœpisse putarunt et ea Sapientiæ argumenta exhibuisse quæ in Scripturis narrantur, iv, 622. Chronolo-

gici vero peritiores jam tum illum censent fuisse virum, *ibid.*

EPITOME VITÆ SANCTI JOANNIS CHRYSOSTOMI.

Joannes Chrysostomus quidem erat genere Antiochenus; pater ejus magister militum Syriæ, et mater ejus cognomento Anthusa. Octodecim annos natus, recessit a rhetore Libanio, atque a Meletio, Antiocheni archiepiscopo, baptizatur et lector ordinatur. Hinc cum incidisset in senem quemdam monachum, apud ipsum annos quatuor permansit; in speluncam quandam secedens solus ibi mansit annos duos; atque rursus redit ad Ecclesiam, et ordinatur diaconus, et claruit annos quinque. A Flaviano autem ordinatur presbyter, cum resplendisset in eo habitu annos duodecim; qui omnes simul fiunt anni quadraginta quatuor. Sub id vero tempus, mortuo Nectario, archiepiscopo Constantinopolitano, arcessitus Antiochia, ordinatur archiepiscopus Constantinopolitanus, Arcadio imperante, vigesimo quinto mensis Decembris, Indictione quarta. Postquam autem episcopatum annos quinque administrasset, per invidiam in exilium actus est in civitatem Comana, Armeniæ vicinam. Moritur decimo quarto mensis Septembris sexaginta annos natus, et eodem die sepelitur in sepulcro cum beato Basilisco. Reverendæ ejus reliquiæ Constantinopolim relatæ sunt post annos quinque et triginta, imperante Theodosio Juniore, et Proclo archiepiscopo Constantinopolitano. Relatum eum rursus cum psalmodia deposuerunt in ecclesia beatorum Apostolorum vigesimo septimo mensis Januarii. Si plura cupias, vide vitam Beati nostri initio tomi primi, et tomum xxv a pagina 407 ad finem usque. Perpende etiam sequentia.

Ecclesia communis domus, *vi*, 182. In ecclesia cum quanta reverentia et attentione assistendum, *ibid.* 21. Ecclesiæ ornatui studere, minus acceptum Deo est quam pauperes alere, *vii*, 275. In ecclesia risus prohibetur, *xviii*, 384. Ecclesia quomodo sponsa Christi sit, *ix*, 393. In ecclesia res divinæ cogitandæ, non terrenæ sunt, *ibid.* 178. In ecclesiam qui intrabant, manus lavabant, *x*, 269.

Ecclesia Dei media surgit nocte, *xii*, 312. Ecclesiæ cur structæ fuerunt, *ibid.* 339. Ecclesiam pietas sola commendat, *ibid.* 338. Ecclesia nullum fastum admittit, *ibid.* 375. Ecclesiæ ornamentum est aurum per eleemosynam oblatum, *ibid.* 270.

Ecclesiæ status quis esset Pauli tempore, *xiii*, 403. Ecclesiæ in villis constituendæ, *ibid.* 221, 222, 223, 224, 225. Ecclesiæ veteris cum nova comparatio, *xv*, 63, 64. Ecclesiam Dei unam esse oportet, *xiv*, 121, 122. Ecclesiæ imperium quodnam, *xv*, 394. Ecclesia est balneum spirituale, *ibid.* 397. Ecclesiæ ritus multi, *ibid.* 426.

Ecclesiæ ornamento sunt mendici, quomodo, *xiv*, 523. Ecclesiæ corpus non abscindendum, *ibid.* 533, 534. Ecclesiæ dissidia omnium perniciosissima, *ibid.* 118. Illi carpuntur qui vix semel in anno in ecclesiam intrabant, *xv*, 215. In ecclesiis tumultus quantus tempore Chrysostomi, *ibid.* 65, 66. Ecclesia est Christi plenitudo, *xvi*, 147.

Ecclesia humano corpori comparatur, *xiv*, 517. Ecclesia columna orbis, *xvii*,

427. Ecclesiæ columna et firmamentum est veritas, *ibid.* 427. Ecclesia differentiam inter herum et servum non novit, *xviii*, 174. Ecclesiæ corpus describitur, *xvi*, 229, 230, 231. Ecclesiam dividebant ambitio et amor imperii, *ibid.* 246, 247. Ecclesiam scindere non est minus malum, quam incidere in hæresim, *ibid.* 248, 249.

Ecclesiæ traditio fide digna, *xvii*, 316. In Ecclesia cur alius plus, alius minus accipiat, *xvi*, 239, 240. In ecclesia de alimento viduarum et virginum curandum est, *xvii*, 419. Ecclesiæ præfecti multas habent simultatum occasiones, *ibid.* 261. Ecclesiæ præsules doctrina pollere debent, *ibid.* 474. Non apparatus et eloquentia opus habent, sed intelligentia, *ibid.*

Ecclesiam qui regunt, quanto in periculo versentur, *xviii*, 572. Ecclesiæ præfecti, ad veniam proni sint oportet, *xxii*, 407.

Ecclesia Antiochena ter mille pauperes alebat, *vii*, 119. Ecclesia vetus, *παλαιά*. Antiochiæ quænam esset, *xi*, 495, 496. *Vide notam*, p. 555. Ecclesiæ Antiochenæ laquear eximium, *xiii*, 116, 117.

Ecclesiæ Constantinopolitanæ in qua concionabatur Chrysostomus structura, *xiii*, 102, 103. Ecclesia fustibus impetita, *xxiii*, 120. In ecclesiam Constantinopolitanam irrumpunt milites in magno sabbato, *xxiv*, 7, 9.

Ecclesias novas Gentilibus ad fidem conversis construi admodum curat Chrysostomus, *xxiv*, 176, 177. Ecclesia magna Constantinopoli, *xi*, 87, 88.

ECCLIASTICI præsules rationem reddituri, *xi*, 51. In ecclesiasticis operibus senium non obest, *v*, 3. Ecclesiasticorum conventuum laus, *iv*, 348. In ecclesia quomodo versandum, *ibid.* 350.

ECLIPSIS solis ævo Chrysostomi, *vii*, 355.

ECSTASIS quid, *i*, 564.

EDEN terram virginem sonat, *xiii*, 123. Virginis matris figura, *ibid.*

EDOCIA et Rifa filiæ Adami, sorores Cæini ex libro apocrypho, *vii*, 428.

EDUCATIO quantum valeat, *xxi*, 66, 67. Educatio liberorum mulieri maxime convenit, *v*, 74.

EGERE nullo vera libertas est, x, 331.

EGESTAS et abundantia ad multa mala facienda inducunt, xvi, 586.

"Εγγυος sive defensor civitatis, magistratus genus, xi, 518.

"Ελαιον. oleum, pro misericordiam sæpe adhibet Chrysostomus, xvi, 453, 454. "Ελαιον, oleum sæpe Chrysostomus accepit pro Εγγυος, misericordiam, et dicit virgines Εὐαγγελii a thalamo fuisse exclusas, quia Ελαιον sive oleum, seu ut eadem ipsa voce significari dicit, quia misericordiam non habebant, et eleemosynam non erogabant, xviii, 59, 579.

ELCANÆ amor erga Annam uxorem, v, 77.

ELEAZARUS initium certaminum, martyrii fundamentum, stadium janua, etc., xxiii, 195. Eleazarus chlorum septem Macchabæorum explevit, *ibid.* 194.

ELECTIO. Sive rex, sive servus, sive liber, sive quicumque fuerit, non ex dignitate, sed ex virtute solet Deus amicos eligere, iii, 51. Electio a cordium cognitore facienda, xii, 42.

ELEEMOSYNA oleo comparatur in parabola virginum, xi, 84; xxi, 464, 465. Eleemosynam qui non erogat, pauperes spoliatur, *ibid.* 171. In eleemosyna non doni magnitudo, sed dantis animus spectatur, *ibid.* 84. Eleemosynæ fiducia, *ibid.* 200, 201. Eleemosynam qui largitur verius possessor est, quam qui pecunias recondit, xxi, 96. Eleemosyna opitulatrix magis quam amicitia, xi, 200, 201. Ejus vis ad peccata delenda, xxi, 458, 459. Eleemosyna vel improbissimis impertienda, xi, 173. Eleemosynæ merces, *ibid.* 84. Eleemosyna. *Vide Dives, PAUPER, DIVITIÆ, RAPINA.*

Eleemosyna commendatur, xx, 17. Magnares, xxi, 523. Est oleum, *ibid.* 526, 527. Eleemosynæ fructus, *ibid.* 528. Eleemosyna thesauros a prædatione tutos reddit, xxiii, 312. Eleemosyna Deum placat, xxi, 588. Eleemosynæ fructus non aufertur, xxii, 300. Eleemosynis et fide purgantur peccata, xi, 399. 400. Eleemosyna Deo fueratur, xxi, 590. cum pauperi datur, *ibid.*

Eleemosyna in paupertate magis effulget, xx, 386. Eleemosyna sine sumptibus quæ, xxi, 588, 589. Eleemosyna commendatur, xxiii, 4, 5; xix, 133, 134, 135, 136. Eleemosyna semen est, xix, 153, 154. Eleemosynæ dignitas, v, 195.

Eleemosyna pro viribus danda, xxiii, 10, 11. Cum gaudio eroganda, *ibid.* 12. Eleemosynæ dandæ ritus, *ibid.* 12, 13, 14. Eleemosyna non minuit facultates, xix, 228. Quatuor ob causas eroganda eleemosyna, *ibid.* 227, 228. Magis conferenti, quam accipienti prodest, *ibid.* 118. Eleemosyna duplex est quando cum alacritate damus, *ibid.* Eleemosynam etiam pauperes erogare debent ut possunt, xi, 51.

Eleemosyna ex rapina data, non est eleemosyna, xix, 170. Eleemosynæ laudes, *ibid.* Eleemosyna delet peccata, *ibid.* 136, 172. Eleemosynæ utilitas, *ibid.* 150. Eleemosyna etiam indignis danda, *ibid.*

Eleemosyna plus quam alia omnia extinguit peccatum, i, 518. Eleemosyna eroganda, ii, 77, 78, 79. Magis quam ullum aliud nos eximere potest a gehenna, i, 477. Eleemosynæ vis magna, ii, 226. Eleemosyna usuræ genus admittendum, i, 59. lucrum quantum, ii, 397. Eleemosyna vestimentum animæ, i, 297. ejusque ornatus, *ibid.* 299. Eleemosynæ aquatur patientiæ meritum, v, 173.

Eleemosynæ magnitudo unde pendatur, ii, 227. Quanta bona conciliet, *ibid.* 229. Est sementis mirabilis, *ibid.* Eleemosyna plus quam canticum Deo placet, iii, 194. Eleemosynæ laudes, *ibid.* 350. Eleemosyna hominem defendet in judicio, *ibid.* 519. Eleemosyna prædicatur, *ibid.* 209, 210, 227. Eleemosynæ vis, *ibid.* 517. Est immarcescibilis, *ibid.*

Eleemosynis purgandæ manus, iv, 90, 91. Eleemosyna Deo fueratur, iii, 349. Eleemosyna coram hominibus dari potest dum vana gloria vitetur, viii, 98, 99. Eleemosyna vera quæ, vi, 4, 5, 406. Eleemosynæ prærogativæ, *ibid.* 408, 409.

Eleemosynam qui dat, in cælis facultates deponit, vii, 119, 120. Eleemosynam qui dat, Christo dat, vi, 107. Eleemosyna magis necessaria est quam

virginitas, *ibid.* 109. Eleemosyna remedium quantum sit, vii, 95, 96.

Eleemosyna morbos animi extinguit, v, 275. Eleemosyna ars omnium artium optima, vi, 406. Nobis vitam sempiternam conciliat, *ibid.* Eleemosyna cum fœnore maximo jacta semina reddit, v, 290. Ejus fructus, *ibid.*

Eleemosyna non absumuntur, sed augentur pecuniæ, vi, 28, 29. Si non erogentur, pereunt, *ibid.*

Eleemosynæ modus quis, vii, 95. Eleemosyna commendatur, ut res optima, vi, 224, 298, 330; vii, 244, 246. Eleemosyna quomodo facienda, vii, 177. Danda etiam ex iuique partis, v, 290. Eleemosyna ex rapina facta quando damnatur, vii, 332. Eleemosynæ merces quanta, v, 291.

Eleemosynæ artifex et doctor Deus est, vii, 176. Eleemosyna danda antequam Christum adoremus, v, 316, 317. Eleemosyna pauperi data, Christo erogatur, vii, 360. Eleemosyna ante omnia discenda, vi, 409. Eleemosynæ doctor Deus est, *ibid.* 406. Contra eos qui eleemosynam dant ad ostentationem, vii, 175, 176.

Eleemosynam qui, antea inhumanus, dederit, is manum aridam extendit, vi, 187. Eleemosyna a paupere data mirabilior, vii, 96. Eleemosynam, jejunium, et orationem maxime commendare solet Christus, v, 3. De eleemosyna frequenter Chrysostomus prædicabat, quare, vii, 362. sine magno fructu, *ibid.* 118, 119.

Eleemosyna quanta bona præstet eroganti, x, 322, 323. Eleemosyna quasi sigillum est ipsam possidentibus, ix, 497, 498. Gloriam parit, x, 236. Eleemosynæ modus, *ibid.* 158. Eleemosyna defunctis prodest, x, 183, 380. Eleemosyna major est cum non ex superfluis datur, *ibid.* 158, 160. Eleemosyna magnum pharmacum, *ibid.* 338. Si non ex rapina sit, *ibid.* Est melior jejunio et humi cubatione, *ibid.* Animam illuminat, *ibid.* Eleemosynæ fructus quantus, *ibid.* 13, 14. Ad eleemosynam faciendam cultus corporis deponendus, *ibid.* 237.

Eleemosyna ex rapina scelus est, ix, 266; x, 267, 268. Eleemosyna quam

necessaria, x, 149. Eleemosyna et pia opera commendantur, ix, 364, 365. Eleemosyna celebratur, *ibid.* 349. Impossibile est sine eleemosyna ad regni limina ingredi, *ibid.* Eleemosyna via facilis ad vitam, x, 14.

Eleemosyna quantam pariat voluptatem, ix, 497. Eleemosynæ faciendæ ratio, *ibid.* 286, 287, 288. Non ex rapina esse debet, *ibid.* Eleemosyna orationi necessaria ut oleum lucernæ, ix, 355.

Eleemosynæ vis, xiii, 80. Eleemosynæ virtus, nihil ipsi par, xii, 267, 268. Eleemosyna charitatis plantam nutrit, *ibid.* Ejus vis mirabilis, *ibid.* Eleemosynæ meritum ex animo penditur, xiii, 522. Qui eleemosynam dat, sibi ipsi dat, xiii, 523. Eleemosynam qui erogat omni superior est morbo, omni fame, xii, 301. Eleemosyna ex magnanimitate proficiscitur, xiii, 22. In eleemosyna plus aut minus non ex doni mensura penditur, sed ex facultate largientium, xiii, 506. Omne peccatum est eleemosyna inferius, xii, 302. Eleemosyna ubi est, eo non audet accedere diabolus, xii, 509.

Eleemosyna gratiose facienda, xiii, 407. Eleemosynæ fructus, *ibid.* 409. Eleemosynam passim commendat Chrysostomus, xiii, 426. Eleemosyna etiam improbis danda, *ibid.* 528. Illisque penitentibus contumeliæ non inferendæ, *ibid.* 530, 531.

Eleemosynæ prosunt defunctis, xii, 258. Eleemosyna saltem in testamentis facienda, *ibid.* 95. Eleemosynæ ex injusto lucro improbantur, *ibid.* 422. Eleemosyna non pecuniis modo, sed etiam operibus exercetur: eleemosynæ modi varii, *ibid.* 303, 304. Eleemosyna fons ad omnia utilis, *ibid.* 270.

Eleemosyna commendatur, xv, 358, 359. Eleemosyna quantum ornamentum, *ibid.* 64, 65. Eleemosynæ fructus, xiv, 312, 313. Eleemosyna non tam propter pauperes a Deo instituta fuit, quam propter divites, ut hi hinc bonum consequantur, xiv, 396, 397. Eleemosyna copiosa et affluens est eroganda, xv, 442, 443. Ea sementis instar justitiæ manipulos efficit, *ibid.* Eleemosyna largiter danda, xiv, 545. Eleemosyna purior et melior quæ, xiv, 380.

Eleemosynæ merces quanta, *xvi*, 112. Eleemosynam qui non dat, in gehennam mittitur, *xiv*, 328, 329. Eleemosyna ostentatione careat oportet, *xv*, 57.

Eleemosyna commendatur, *xvii*, 279, 400, 401; *xviii*, 59. Eleemosyna quomodo faciendâ, *xviii*, 12. Eleemosyna non accipientium, sed dantium causa inducta fuit, *xvi*, 383. Eleemosyna nihil melius et præstantius, *xvii*, 18. Eleemosynam qui dat plus lucratur quam qui accipit, *xvi*, 415. Eleemosynam danti majus lucrum, quam accipienti; ideo cum cura quærendi sunt qui eleemosynam accipiant, *xviii*, 161. Eleemosyna Deum admodum delectat, *ibid.* Eleemosynæ fructus quantus, *ibid.* 163, 164.

Eleemosynæ faciendæ ratio, *xvi*, 416. Eleemosyna omnium potentissima ad extinguendum peccatorum nostrorum rogam, *xviii*, 163. Sine eleemosyna non intratur in regnum cœlorum, *xvi*, 161. Quæ sit vera eleemosyna, *ibid.* Quanta pariat bona, *ibid.* 403, 404.

Eleemosyna quibus danda, *xvii*, 329. Quomodo danda, *ibid.* 331. Eleemosyna eroganda in rebus molestis, *ibid.* 192, 193. Eleemosynam Paulus commendat, et ad illam hortatur, *xviii*, 159. Eleemosyna et humilitas peccata tollunt, *ibid.* 178.

Eleemosynæ laudes, *xviii*, 555. Non datorum mensura eleemosyna æstimatur, sed animi obsequio, *xxv*, 90. Eleemosynæ modus, *ibid.* 338. Eleemosyna extinguit peccatum, *xviii*, 211. Eleemosyna quomodo danda, *ibid.* 340. Eleemosyna ex rapina improbatur, *ibid.* 555. Eleemosyna etiam peccatoribus eroganda, *ibid.* 327. Ad eleemosynam manus extendendæ sunt, *ibid.* 476. Eleemosynæ modus, *ibid.* 547. Eleemosyna quænam vere sic vocari possit, *ibid.* 512.

De eleemosyna et hospitalitate ecloga, *xxv*, 89. Sermo de eleemosyna non divites tantum, sed etiam ad pauperes pertinet, *ibid.* Non ex eorum quæ dantur, mensura; sed facultate et intentione dantis magnitudo eleemosynæ judicatur, *ibid.* 90.

ELEMENTA servos Dei reverentur, *i*, 162. Elementorum operatio in contrarium a Deo cum vult traducitur, *iv*, 64, 65.

ELEGANTIAM linguæ non quærit Deus, nec verborum compositionem, sed animæ pulchritudinem, *iii*, 13.

ELEPHANTUS puero quindecim annorum cedit, *xii*, 342, 343. Elephantum diutius vivunt, quam homines, *xiv*, 337.

ELI prudentia, *v*, 96, 97. Eli cur suspicatus Annam fuisse ebriam, *ibid.* 94. Eli nimia lenitate filios coarguit, *ii*, 285, 286. Eli in quo peccaverit, *xii*, 99, 100.

ELIAB de tribu Dan omnia ad apparatus templi necessaria operatus est, *xix*, 293.

ELIAS zelo plenus, *vi*, 454, 455. Elias Thesbites universalis jejunii auctor annos tres et menses sex in ediam Iurconibus, præter eorum voluntatem apparavit, *xxv*, 470. Elias non habebat coquos, sed corvi opera panem quotidianum accipiebat, *ibid.* Elias quomodo restituit omnia, *vii*, 4. Elias unde admirandus, *vi*, 337.

Elias propheta a rege Achabo metuebatur, *vi*, 87. Elias cur transfigurationi Christi adfuit, *ibid.* 453, 454, 455. Elias secundi Christi adventus præcursor futurus, *ibid.* 4, 5. Elias, ut ait Chrysostomus, non permisit Elisæo ut patrem matremque salutatum iret, antequam Magistro se totum addiceret; at secus in Scriptura legitur, ubi dicit Elias: *Vade et revertere*, *vii*, 493.

Elias ex mœrore mori optat, *xxiv*, 69, 70. Elia mundus dignus non erat, *xii*, 291. Elias melota indutus ditior Achabo rege, *ii*, 74. Jejunium quadraginta dierum Elias transegit, vitataque mortis tyrannide, et curru igneo quasi in cœlum raptus, etiam in hanc usque diem mortem non expertus est, *i*, 36.

Elias quomodo orabat, *iii*, 648. Eliæ raptus fidem facit resurrectioni, *ibid.* 582. Eliæ et antichristi adventus, *xvii*, 521, 522. Elias. *Vide HELIAS.*

Elias non inferior Angelis, *xxi*, 235, 236. Eliæ et Elisæi vita aspera, *ibid.*

ELISABETH ex Levitica tribu quomodo cognata Mariæ, *v*, 232, 233. Elisabeth sterilis et vetula mirabiliter parit, *vii*, 434. Elisabeth sterilis et vetulæ partus beatæ Virginis partui fidem facit, *ibid.*

ELISÆUS ut servus curat, Christus ut Dominus, *vi*, 92, 93. Elisæus ab Elia petiit ut iret ad patrem et ad matrem, au-

tequam magistrum Eliam sequeretur, dicit autem contra sanctus Chrysostomus, vii, 493. Elisæus non inferior Angelis, xxi, 235, 236. Secularia despexit regni cœlestis amore captus, *ibid.* 425, 426. Elisæum qui irridebant pueri decenues erant, ideoque mulctati, *ibid.* 98. Elisæi ærumnæ, xx, 155. Elisæi lignum aquas mutavit, xxii, 186. Elisæus Naaman non tetigit, ut mundaret quia non licebat leprosum tangere, xi, 74. Elisæus duplex Helias, v, 204.

ELLEBICHUS magister militum missus a Theodosio Antiochiam ad perquisitionem de eversis statuis, xxii, 302.

ELOQUENTIA vera Dei timor, xxi, 81, 82. Eloquentia non est philosophorum, *ibid.* Cum nequitia conjuncta multa mala parit, *ibid.* 79. Eloquentiam non natura tantum, sed disciplina etiam parit, xx, 476. Eloquentia eximia in paucis invenitur, *ibid.*

ELOQUIA Dei cum timore audienda, xviii, 319. Eloquia divina alacri animo audire, bonæ animi valetudinis est argumentum, i, 61. Non solum thesauro similia sunt divina eloquia, sed fonti quoque largis perennibusque scaturienti fluentis, *ibid.* 49.

ELPIDIUS episcopus, ut putatur Laodicens: huic epistolam scribit Chrysostomus, xxiv, 241. Elpidius senex erat, *ibid.* 242. Elpidio episcopo scribit Chrysostomus, *ibid.* 272. Alia epistola, *ibid.* 282. Alia, *ibid.* 285. Alia, *ibid.* 366. Alia, *ibid.* 153, 154.

ELPIDIUS presbyter montis Amani incolas studebat ab impietate liberare, xxiv, 315. In monte Amano construxit ecclesias et monasteria, *ibid.* 315, 316.

ELYMAS magus a Paulo excæcatus, mansit in cæcitate animi, xiii, 145, 146.

ELYSIUS campus, xxi, 48.

EMENDATIO morum quo pacto curanda, v, 373, 374. Emendationem vitæ historia parit, iii, 3, 4.

EMMANUELIS nomine cur Christus non vulgo vocatus fuerit, v, 284. Emmanuel: circa hanc vocem vana Judæorum obiectio, iv, 235.

EMPTOR non cogere, sed persuadere debet, vii, 314, 345. Emptor. *Vide*

THESAURUS. Historia thesauri in agro reperti.

ENCÆNTIA magnus dies festus et sollemnis, x, 164, 165. Quando institutus, *ibid.*

ENCOMIUM sancti Gregorii Armenorum illuminatoris, xxiii, 571. Hoc in sermone multa occurrunt a Chrysostomi more atque stylo dissonantia, puteus nempe et fossa loquentes, serpentes et dracones orantes, Tiridates rex in aprum conversus, et portenta similia, *ibid.* 598.

ENCRATITAS fore prædicit Paulus, xvii, 433. Encratitæa temperantia sic vocabantur; non admittebant, teste Origene, Epistolas sancti Pauli, *ibid.* 84, 506.

ENDELECHISMUS est quotidianum sacrificium, xx, 284.

ENERGUMEN. Pro iis precatio quedam adhibebatur, vii, 177. Energumenorum causa preces in ecclesia, xv, 426. Pro energumenis Deum rogare jubemur, xix, 422. Energumeni quomodo a diaconis adducti, *ibid.* 425.

ENOCH cur translatus, i, 342. Enoch ob pietatem translatus, *ibid.* 291. Quo ipsum transtulerit Deus non possumus scire, *ibid.* Enochi translatio fidem facit resurrectioni, iii, 382. Enoch primus fide translatus, non convivio, xxv, 469.

ENOS qui summam ostendit virtutem, Dei nomine vocatus est, xx, 160, 161. Enos laudatur, i, 288. Enos speravit in nomine Domini, *ibid.* 278, 288.

ΕΥΤΥΧΕΙΟΝ aliquando supplicare significat, iii, 14, 15.

EPÆNETUS Paulo dilectus laudatur, xiv, 92. Epænetus primitiæ Achaïæ vocatur, *ibid.* 94.

EPAMINONDAS divitias contempsit, xxi, 257. Epaminondæ virtus ejusque paupertas, xxi, 36.

EPHESUS est Asiæ metropolis; erat autem Dianæ dicata, et hanc deam illic colebant ut maximam; tantaque eorum erat substitutio, ut ne illius quidem nomen, qui templum ejus combusserat, manifestum esse voluerint, xvi, 121. Beatus Joannes Evangelista plurimum illic versatus est. Nani illic fuit relegatus et decessit, *ibid.* Timotheum quoque Ephesi reliquit Paulus, ut dicit ad ipsum scribens: *Sicut rogavi te ut maneres Ephesi*, *ibid.* Plurimi ex philosophis,

maxime ii qui in Asia floruerunt, Ephesi erant, *ibid.* Ephesi philosophi adhuc erant tempore Chrysostomi, *ibid.* Ad Ephesios a Paulo scripta Epistola altis plena est sensibus, *ibid.* Ephesi magnus Dianæ cultus, *xii*, 471. Ephesus urbs maritima, *xxv*, 485. Ephesinæ Ecclesiæ scelus levitatis plenissimum, abominatio desolationis evenit, nempe ordinatio eunuchi cujusdam in episcopatum, hominis perditum, vitiis omnibus et sceleribus de-diti, *ibid.*

EPHESII, etiam uxoribus juncti sancti vocantur a Paulo, *xvi*, 121, 122. Ephesus erat Democritus philosophus, *xi*, *ibid.*

EPHRAIM et Manasse adoptati, *ii*, 368.

EPHRATA tribum Juda significat, *iv*, 8.

EPICETUS paupertate Irus, amicus immortalium, *xii*, 162.

EPICURUS. Epicuri de Deo opiniones nugæ sunt, *ibid.* 428.

EPICUREORUM doctrina, *ibid.* 443. Epicureos confutat Paulus, *xx*, 469. Epicureorum error atheus, *ix*, 467.

EPIMENIDES Cretensis erat, *xviii*, 128. Dicit Cretenses mentiri, cum dicunt Jovem esse mortuum, *ibid.* Epimenides versum contra Cretenses ex Hesiodo est mutuatus, addito Cretensium nomine, *ibid.* 128, 129. *Vide notam* (5) *ejusdem voluminis*, 580.

EPIPHANES. Cum intravisset Judæam Antiochus qui dicitur Epiphanes, et omnia vastavisset, et multos a patriis institutis resilire coëgisset, permanserunt illæsi ab illis tentationibus, etc., *iii*, 222. *Vide* ANTIOCHUS.

EPIPHANIA, id est, apparitio, *x*, 514. Duplex ista, præsens, qua Christus apparuit et futura, *ibid.* Epiphania prima festivitas, *xi*, 385, 386. Epiphaniarum festum, *xxiii*, 314. Epiphaniam semper possumus celebrare, *xi*, 385, 386. Epiphaniarum festum post natale Domini, *xxiii*, 297, 298. *Ἐπιφάνεια* dicitur quod desuper appareat et oriatur, *xviii*, 93. Epiphaniarum dies quinam sit, *xvi*, 151.

EPIPHANIUM pulchra virgo neptis Constantii presbyteri, *xxiv*, 381.

EPISCOPATUS virtutis culmen requirit,

xviii, 122. Episcopatus non ambiendus, *xi*, 43. Episcopatus ambitio quantum malum, *ibid.* 48, 49. Episcopatus dignitas, non onus ambitur, *ibid.* 45. Episcopatum indignis tradi quantum malum, *xx*, 441. Episcopatus potentiam, non opus, desiderare grave peccatum, *ibid.* 432. Episcopatus functio dilectionis erga Christum argumenta, *xx*, 407, 408, 413. Episcopatus opus desiderari potest, non potentia, *ibid.* 432.

EPISCOPUM qui vult constituere, non sola vulgi opinione contentus sit oportet, *ibid.* 415. Sed examine opus est, *ibid.* In Episcopos electi monachi, *ibid.* 440. Episcopum perspicacem esse oportere, *ibid.* 434. Episcopi difficilior vita quam monachi, *xx*, 488, 489, 491, 492, 493. Episcopi major perfectio esse debet, quam monachi, *ibid.* 483, 489. Episcopo necessaria est expedita dicendi facultas, *ibid.* 461. Episcopi virtutes quæ, *ibid.* 443.

Episcopo necessaria est vis loquendi et sermocinandi in conventibus publicis, *ibid.* 473. Item scientia, *xx*, 463, 466. Episcopo quanta arte et consilio sit opus, *ibid.* 440, 442. Episcopus per ignorantiam indignos ordinans, aliquando puniendus, *ibid.* 458, 459. Episcopum ad gratiam agere vel loqui quantum malum, *ibid.* 442, 443, 475.

Episcoporum ordinationes multæ, non divina gratia, sed hominum studio fiunt, *xx*, 456. Aliquando temere fiunt, *ibid.* 431. Episcoporum officium ut domos visitent, *ibid.* 450. Episcopus multiformis debet esse, quomodo, *ibid.* 488. Episcopo verbi usus necessarius ad spuria dogmata refellenda, *ibid.* 462, 463, 464.

Episcopus contra adversarias potestates pugare debet, *xx*, 409. et contra vitia, *ibid.* Episcopo patientia multa insit oportet, *ibid.* 445. Ejus vel simpliciora gesta ad trutinam vocantur, *xx*, 450.

Episcopus ne avarus sit, sed omnibus exutus magis quam monachus, *xx*, 487. Episcopis instituendis ætatem non præscribit Paulus, *xxi*, 247. Episcopus invidiam et calumniam ne timeat, *xx*, 475. Neque tamen omnino contemnat, *ibid.* Pro multis rationem daturus est.

ibid. 451, 452. Hospitalis esse debet, *ibid.* 446. Episcopus etiamsi vocetur ad id muneris, non culpa liber, si impar sit muneris, *ibid.* 453, 454, 455.

Episcopi ab Hesaia prædicti, *xi*, 446. Episcopatus adipiscendi gratia multi Ecclesias sanguine repleverunt, *xx*, 432. Episcopis viduarum cura esse debet, *ibid.* 444. et virginum, *xxiii*, 298, 299.

Episcoporum peccata quantum aliis noxia, *xx*, 436, 437. Episcopus si quid admittat depositione dignum, sese abdicare debet, *ibid.* 432. Episcopo quam laborandum, *ibid.* 483, 486. Episcopi longe diversa vita, quam monachi, *ibid.* 489, 490. Episcopis quot difficultates offerantur, *ibid.* 442, 443. Episcopi officium est pascere oves, *xxiii*, 293.

Episcopus suspiciones etiam falsas ne contemnat, *xx*, 493. Episcopo curandæ etiam mulieres, nec sine periculo, *ibid.* 492. Episcopo quam vitandæ mulierum illecebræ, *ibid.* 483, 484. Episcoporum nepotes quidam, *xi*, 200.

Episcoporum ministri aliquando illum episcopatum affectabant, *xx*, 438. Episcopus Antiochiæ antequam ad sedem ascenderet, pacem omnibus precabatur, *ibid.* 242, 243. Episcopi munus et officium, *xxiii*, 410. Episcopus regi et imperatori præstat, *xxii*, 103.

Episcopi rationem reddituri, de doctrina, de pauperum patrocinio, de examine ordiandorum, *xi*, 51. Episcopi plus quam quadraginta cum populo fugati in expulsioue Chrysostomi, *xxiv*, 9. Episcopi ex Theophili partibus tumultus Constantinopolitani duces, *ibid.* 8. Episcopi in exilium missi in expulsioue Chrysostomi, *ibid.* 18. Episcopis qui cum occidentalibus venerant epistolæ tres Chrysostomi, *ibid.* 307, 309. Episcopis scribit Chrysostomus, *ibid.* 320.

Episcopis, presbyteris et diaconis Chalcedone inclusis scribit Chrysostomus, *xxiv*, 314. Episcopis et presbyteris in carcere degentibus scribit Chrysostomus, *ibid.* 247. Episcopis iis solutia affert Chrysostomus, *ibid.* 293, 297, 299, 300, 301, 302. Episcopo Antiocheno, et quidem ut putatur, Porphyrio, scribit Chrysostomus, *ibid.* 369, 370. Episcopus Cucusi Chrysostomum bene excipit, *ibid.* 129, 130.

Episcopus fuisse videtur auctor operis imperfecti in Matthæum, nisi episcopum ementiat, *viii*, 306.

Episcopi officia, et onera multa, *xii*, 42, 43, 44. Pauci episcopi salvi fiunt, *ibid.* Episcopus sæpe non prodest per ea quæ placent, sed per ea quæ pungunt, *ibid.* 67. Episcopis quantus honos exhibeatur, *ibid.* 46.

Episcopum qualem esse oportet, *xvii*, 417. Unius uxoris virum; quomodo hæc sunt intelligenda, *ibid.* Episcopus virtutum omnium exemplar esse debet, *xviii*, 140. Episcopi munera et pericula, *ibid.* 114. Inanis gloriæ cupiditas episcopum invadit nisi caveat, *ibid.* Carpuntur illi qui episcopatum appetunt, *ibid.* 113. Episcopi asello vecti, *ibid.* 116. Ab episcopo quam exigantur, *ibid.* 117. Episcopi non culpandi, si corpus moderate curent, *ibid.*

Episcopi munia, *xvii*, 443. Episcopus animarum doctor et medicus est, *xviii*, 122. Episcopus quandonam cum auctoritate agat oportet, *ibid.* Episcopo non verborum fastu opus est, sed Scripturarum peritia, *ibid.* 122, 123. Episcopos non decet superbia nec iracundia, *ibid.* 121. Episcopos hortari magis quam increpare oportet, *ibid.* 121, 122. Episcoporum ordinationes quibus permittebatur Apostolorum tempore, *ibid.* 119.

Episcopi quidam Chrysostomi tempore ad presbyterum vel diaconum scribentes, ipsos compresbyteros et condiaconos vocabant, *xvi*, 407. Episcopi quadraginta qui cum Joanne erant adierunt Augustum et Augustam in Martyriis, orantes cum lacrymis ut Christi Ecclesiæ parcerent, maxime propter Pascha et propter eos qui regenerandi erant, et non exauditi sunt, *xxv*, 353. Episcopos Paulus aliquando presbyteros vocat, *xviii*, 119. Episcopi, presbyteri et diaconi nomina initio communia erant, *xvi*, 404, 405.

Epistolarum Pauli fructus, *xx*, 469, 471. Epistolæ Pauli metalla sunt et fontes, *xix*, 156. Ejus animum depingunt, *ibid.* 173. Epistolæ Pauli ter quaterque per singulas hebdomadas legebantur, *xiii*, 167. Epistolarum Pauli ordo, *ibid.* 168, 170.

Epistola ad Colossenses quandonam scripta, *xvii*, 3, 4.

Epistolam ad Philemonem supervacaneam esse dicebat quidam, quos confutat Chrysostomus, xviii, 170.

Epistola ad Titum quo tempore scripta, xviii, 137.

Epistola ad Laodicenses, xvii, 139.

Epistolæ vinculis constrictæ et clausæ, xi, 487. Epistolis clausis superscribebatur nomen ejus qui scripsisset, *ibid.*

Επιστολή Dominica, quid sit, xxii, 328.

EPULÆ. Contra epulas invehitur Chrysostomus, et multa de Scripturis exempla affert exprobrans intemperantiam, xxv, 466 et seqq.

EQUESTRIUM ludorum spectaculum vituperatur, i, 84, 85.

EQUUS vix ducenta stadia uno die currere potest, xxii, 226. Equi imperatorii auro ornati frenis aureis, *ibid.* 528. Equi freno aureo instructi, xiv, 396. Equus circensis stadium decurrere amplius non valens, ad molam relegatur, infinitum circumulum gyrans, xxv, 465.

ER filius Judæ malus coram Domino, occiditur a Deo, ii, 308. Er filio Judæ mortuo, uxorem ejus Thamarem duxit frater ejus Aunian, qui nolebat semen suscitare fratri suo, xix, 284.

ERASTUS arcarius civitatis et Quartus frater ejus, Romanos salutant, xiv, 110.

ERROR opus diaboli, homo opus Dei, xv, 12. Error varius, veritas una, xiii, 200, 201, 202. Error nusquam consistit, xviii, 78.

ERUCTATIO quid? dicitur prophetia, xx, 60, 61.

ERYNNIS rerum gubernatrix secundum quosdam, xix, 506.

ESAIAS quomodo viderit Deum sedentem, i, 480, 481.

ESAIAS. Vide ISAIAS.

ESAU ingratus animus, ii, 169, 170. Quomodo benedicitur, *ibid.* 203. Esaü progenies, *ibid.* 291. Esaü victus et placatus humilitate Jacobi fratris sui, *ibid.* 272. Esaü tradidit et vendidit sua primogenita Jacobo pro coctione lentis, xix, 281. Esaü dixit Chananæas mulieres, quæ litigabant cum Rebecca matre Esaü, *ibid.* Esaü duxit uxorem filiam Ismaëlis, filii Abrahæ ex Agar, *ibid.* Esaü parva benedictione donatus irascebatur contra fra-

trem, injuriæ memor, expectabatque patris mortem, ut tunc sine metu insidias ipsi pararet, *ibid.* 282. Esaü cur in utero matris odio habitus est, xiii, 440, 441. Esaü benedictione privatus est, cum cibo inescatus servivit ventri, xxv, 468.

ESDRAS librum scripsit, xx, 290. Judæi captivi, a Cyro dimissi, redierunt ducibus Esdra, Nehemia et Zorobabele, xix, 273. Hunc reditum describit Esdras, et quomodo reversi templum denuo construxerint, urbemque reedificaverint, *ibid.*

ESSENTI Sancti vocabantur, xii, 516. etiamque Sicarii et Zelotæ, *ibid.*

ESSENTIA Dei impervestigabilis, xvi, 187, 188. Essentia Dei videri nequit, iii, 449.

ESTHER universum Judæorum populum eripuit, xxii, 105. Undique emissis ad Deum precibus, *ibid.*

ESURIES ad sanitatem et ad voluptatem conducit, xi, 351.

ESURIRE, corporalis sanitatis indicium est, i, 61.

ETHNICI. Judæi et Catechumeni morientes lugendi sunt, xxi, 383.

EVA virgo erat, xi, 262. Quomodo a diabolo decepta, xx, 43. Evæ profuit extra paradysum ejectam fuisse, *ibid.* 10.

Eva vitam significat, i, 239. Eva cur non metuierit serpentem, *ibid.* 125. Spe vana inflata serpenti credidit, *ibid.* 208. Diabolo decepta sub forma serpentis, *ibid.* 204, 205. Evæ imprudentia, *ibid.* 206, 207, 208. Ad Deum se purgat, et culpam in serpentem rejicit, *ibid.* 226.

Eva Adamo subicitur in pœnam peccati, solatio admixta, i, 232. Evam pœna inflictæ meliorem reddidit, *ibid.* 247, 248. Evæ luctus de occiso Abele, *ibid.* 277. Eva laudatur de imposito Seth nomine, *ibid.* 287, 288. Eva non easdem peccati pœnas dedit quæ Adam, iii, 65. Eva ejecta fuit e paradiso quando audivit serpentem, et comedit ex ligno, non contenta ordinario cibo, xxv, 468.

EVANGELICA prædicatio per orbem terrarum lex in angulo data est, iii, 313. Evangelicæ prædicationis imago, *ibid.* 481, 482. Evangelicus sermo per Apostolos prolatus, quavis penna levius pervolabat, vi, 342.

EVANGELISTÆ et prophetæ differentia, III, 253. Evangelistæ cur ex Apostolis duo, ex discipulis Apostolorum duo item fuerint, v, 224. Evangelistæ peccatores, publicani, nonnisi virtute divina potuere ita philosophari, *ibid.* 228. Evangelistæ ubi singuli scripserint non est quod multum disquiratur, *ibid.* 227.

Evangelistæ multa Christi miracula prætercurrerunt, VI, 119. Evangelistarum veracitas admiranda, VII, 323, 327. Evangelistæ cur non eadem omnes dixerunt, v, 225. Evangelistarum concordia, v, 400, 402; VI, 160, 271, 413.

Evangelistæ nunquam alii cum aliis pugnant, VI, 131. Nunquam vere dissentiunt, v, 225, 227, 228. Evangelistarum Matthæi et Lucæ consonantia, *ibid.* 267.

Evangelistæ Apostolorum, qui artes viles vel turpes exercebant, vocationem memorant, secus aliorum, VI, 147, 148. Evangelistæ humana de Christo scribunt, x, 187.

Evangelistæ omnes, uno excepto Joanne ab humanitate Christi Evangelia sua incipiunt, quare, IX, 195, 196. Evangelistæ cur omnes Petri negationem narrent, x, 355. Evangelistæ conciliantur, *ibid.* 5. Evangelistas spiritus unus movebat, IX, 195, 196.

Evangelistæ tres priores fulgura, Joannes tonitru fuit, IV, 468. Evangelistæ cur non omnia omnes scripserint eadem, XI, 143. Evangelistæ cur non eadem semper omnes describant, XXIII, 470. Ne suspectus consensus eorum esset, *ibid.* Evangelistæ non se mutuo impugnant, XI, 10, 11, 12, 13.

EVANGELIUM totam terram occupavit, XX, 296. Evangelium nonnisi lotis manibus, et cum tremore a Christianis sumebatur, XXII, 181. Evangelia e collo mulieres et parvuli suspendebant pro custodia, *ibid.* 342. Evangeliorum contactu juramenta fiebant, id damnat Chrysostomus, *ibid.* 284.

Evangelia cur aliquando inter se dissentire videantur, v, 225. In Evangeliiis quot quæstiones occurrant, *ibid.* 231. Evangelicæ prædicationis tempora quam difficilia, VII, 215, 216. Evangelicæ legis perfectio, VI, 235.

Evangelii vis, v, 223, 224. Evangelium historiam est, *ibid.* Evangelium regni Christi prophetiæ prædicant, IV, 597. Evangelium Matthæi cur liber generationis vocetur, *ibid.* 240.

Evangelia ex collo pendentia habebant mulieres, VII, 182. Evangelium Joannis quinam intelligere possint, IX, 163. Evangelii Joannis dignitas, *ibid.* 162. Evangelii audiendi modus, *ibid.* 164. Evangelii dicta ante concionem legenda, *ibid.* 245.

In Evangeliiis Christus miracula prophetiis copulat, IV, 319. Evangelium modo Paulus Evangelium Justitiæ, modo Evangelium Pacis, aliquando Evangelium Potentiæ appellat, IV, 602. Quia enim prædicationis illa gratia poterat bella auferre, seditionesque hominum circa pietatem non consentientium dissipare, quia omnes ad salutem invitat, Evangelium Justitiæ dicitur, *ibid.* Quia vero demonum bella sedat, Evangelium Pacis appellatur, *ibid.* Ac quia Dei cognitionem verbis vilibus promulgat, Evangelium Potentiæ dicitur, *ibid.* Evangelia jurantibus porrigebant clerici, id quod improbat, VIII, 84.

Evangelii virtus ubi sit, IX, 15. Evangelium in Veteri Testamento promissum est, XIII, 175, 176. Evangelium receperunt pastores primi, XII, 88. Evangelium est et Patris et Filii, XIII, 187.

Evangelium vitæ sine apparatu prædicabatur, XII, 156. Evangelia quid sunt et cur Evangelia vocantur, *ibid.* 237. Cur quatuor Evangelia, *ibid.* Evangelia sunt historia eorum quæ Christus fecit et dixit; et Acta Apostolorum sunt historia eorum quæ Spiritus sanctus fecit et dixit, *ibid.* 14.

Evangelii confirmatio quid sit, XXII, 417. Evangelii prædicatione ex celo originem ac radicem duxit, XVI, 7. Evangelium salutis cur ita dictum, XVI, 134, 135. Evangelium gloriæ cur ita dictum, XVII, 355.

EVIRARE. Quidam apostolicam impressionem sibi accersentes, et Dei opificium accusantes et a Manichæis stantes, se ipsos audebant evirare, XVI, 97. Qui se evirabant aiebant corpus insidiosum esse, maleque materiæ; hi vero factis

suis, crudelibus illis opinionibus ansam præbebant, dum membrum amputabant velut insidians et inimicum, *ibid.*

EUCHARISTIA. Caro et sanguis Christi per manus sacerdotum dantur, *xx*, 423, 426, 427. In eucharistia adest beata et immortalis natura, *ibid.* 424. Ad eucharistiam negligenter accedere quantum malum, *xxiii*, 301, 302. Eucharistiam adire qui sine peccatis degit quotidie potest, qui autem in peccato est, ne in diebus quidem festis, *ibid.* 301. Eucharistia. *Vide CORPUS DOMINI.*

Eucharistia. In eucharistia non panis, non vinum, sed corpus est et sanguis Christi, *xxi*, 609. In eucharistia panis transformatur in corpus Christi per hæc verba, *Hoc est corpus meum*, et fit sacrificium perfectum, *xi*, 108, 123. In eucharistia corpus et sanguis Christi sumitur, *x*, 497. In eucharistia caro Christi, *xxii*, 96.

Eucharistia quanta pietate et reverentia sumenda, *x*, 497. Ad eucharistiam modeste accedendum, *ibid.* 520. Eucharistia. In eucharistia Christi sanguis potus nobis est, *xix*, 107. Eucharistia locus in epistola ad Cæsarium, *xxiv*, 389. Eucharistia. *Vide CARO, CORPUS, SANGUIS, MYSTERIA.*

In eucharistia pretiosum corpus accipitur, *xxii*, 50. Eucharistia agni, *ix*, 125. In eucharistia corpore Domini vescimur, sanguine potamur, *iii*, 619. Eucharistia, *ibid.* 292, 293, 618. Corpus et sanguis Domini in eucharistia, *iv*, 16. Eucharistia cur sic appelletur, *vi*, 96.

Eucharistia sacrificium est, *vii*, 303. In eucharistia caro Domini, *ibid.* 257. In eucharistia Christus comeditur, *ibid.* 302. In eucharistia caro et sanguis Christi, *ibid.* 303. Eucharistia. *Vide CORPUS CHRISTI et SANGUIS CHRISTI.*

In eucharistia vinum necessario requiritur, *vii*, 297, 298. Eucharistia cur data, *x*, 38. Initiati per aquam regenerantur, ac per sanguinem et carnem nutriuntur, *ibid.* 373. Eucharistiam indigne sumere quantum sit peccatum, *xiv*, 484. Ad Christi mensam quo ritu accedendum, *ibid.* 485. Post acceptam eucharistiam quo pacto vivendum, *ibid.*

Eucharistia. In eucharistia corpus

Christi frangitur, non in cruce, quomodo, *xiv*, 432. Eucharistiam sumenti necessaria est conscientiae puritas, *ibid.* 487, 488. Eucharistiam quidam semel tantum in anno sumebant quos objurgat Chrysostomus, *xvii*, 384. Eucharistiam quomodo accipere oportet, *xviii*, 400.

EUDOXIA quid significat, *xvi*, 127.

EUDOXIA, *xxv*, 453. Eudoxia Augusta læta de reditu Chrysostomi ab exilio, *xxiii*, 121. Eudoxia sese purgat ad Chrysostomum scribens, quasi non conscia rei gestæ, *ibid.* 122. Eudoxia ait filios suos a Chrysostomo baptizatos fuisse, *ibid.* Eudoxia rogat imperatorem pro reditu Chrysostomi, *ibid.* 123. Eudoxiæ laudes, *ibid.* Eudoxiæ verba de Chrysostomo, *ibid.* Eudoxia Augusta notatur ut Chrysostomo infensa, *ibid.* 14, 110.

EUGENIUS episcopus rogatu Chrysostomi ad Innocentium properat, *xxiv*, 3. Eugenius in Macedonia episcopus, *xxiv*, 305.

EUGENIUS Phrygiæ episcopus, *xxv*, 412.

EUGRAPHIA quædam mulier, tumultuum et seditionum una cum aliis comatrix, *xxv*, 426.

EULOGIO episcopo epistola Chrysostomi, *xxiv*, 211. Eulogius videtur fuisse in Palæstina episcopus, *ibid.*

EULYSIUS Apameæ Bithyniæ episcopus, *xxv*, 421. Eulysius Apameæ ad Theophilum missus a Chrysostomo, *xxiv*, 5. Eulysius episcopus Romam confugit pulso Chrysostomo, *ibid.* 16. Eulysius pro causa Chrysostomi ærumnis affectus, *ibid.* 291. Eulysio, Cyriaco, Demetrio, Palladio episcopis scribit Chrysostomus, *ibid.*

EUNOMIUS nefarius, *x*, 414. Eunomii hæresis, *vii*, 436. Eunomius hæreticus, *xii*, 131. Eunomius carpitur, *ibid.* 353.

EUNUCHI Candacis bonum studium, *ibid.* 228. Eunuchus Candacis admiratione dignus quare, *ibid.* 233. Eunuchi Candacis historia, *x*, 478. Eunuchus Candacis legebat; sed quousque præsto fuit, qui doceret eum quid illud esset quod legebat, non magnam inde utilitatem percepit, *xi*, 243. Eunuchus reginæ Æthiopum legebat, etsi non intelligeret, *xi*, 183. Eunuchus reginæ Æthiopum erat homo barbarus, innumerisque dis-

tentus sollicitudinibus, legebat tamen in curru sedens prophetias, *ibid.* Iste Eunuchus non pudefactus est, nec erubuit, sed inscitiam suam confessus est, *ibid.* Novit Deus Eunuchi animam propensam, studium amplexus est, et misit illi doctorem illico, *ibid.* 184. Eunuchus reginæ Æthiopum laudatur a studio et lectione Scripturarum, I, 528.

EUNUCHORUM auro fulgentium turba in domo divitis ejusdam, III, 360. Eunuchorum agmina in ædibus nobilium, IX, 387. Eunuchi qui se castraverunt non ii dicuntur qui sibi membra absciderunt; sed qui libidinem resecuerunt, X, 422.

Eunuchi qui vere dicantur a Christo, VII, 297. Eunuchi multi flammam concupiscentiæ carnalis non exstinxerunt, XVIII, 150.

EUNUCHUS Victoris tribuni in episcopum ordinatus est Ephesi, terræ vermibus, ventris mancipium fœminarum amore insanum, impudens, ebriosum, meretricium, venale, illiberale, avarum, ab ipsa statim nativitate ferro obnoxiam, nec vir nec fœmina, furiosum, et qui inter satyrica convivia, theatrales puellas portavit humeris, capite hedera coronato, craterem manu ferens, et vinum fundens in speciem fabulosi Bacchi, XXV, 486. Hæc omnia fecit, non antequam Christo initiaretur, sed post baptismum, *ibid.*

EUPHRATES de Spiritu sancto accepit, III, 253. Euphrates limes Palæstinæ et Babylonæ, II, 459.

EUPSYCHUS Chrysostomum exulem adire tentat, XXIV, 164.

EURIPUS hujus vitæ, III, 597; IV, 72.

EUSEBIUS in Macedonia episcopus, XXIV, 305.

EUSEBIUS diaconus cum Hypatio ærumnarum consors fuit, XXIV, 520.

EUSEBIUS quidam Constantinopolitanæ Ecclesiæ diaconus, qui tunc Romæ erat ecclesiasticarum rerum causa, adiit papam Innocentium et libellos supplices dedit, XXV, 412.

EUSTATHIANORUM schisma notari videtur, quod longo tempore Antiochiæ perseveravit, XVI, 249.

EUSTATHII sancti panegyricon laudat Chrysostomus, IV, 438. Eustathius An-

tiochenus episcopus, XXIII, 428. Seminavit Eustathius, Meletius messuit, *ibid.* 432. Eustathius a patria relegatus in Thracia sepultus, *ibid.* 424, 425. Eustathium cur in exilium mitti permiserit Deus, *ibid.* 429.

Eustathio ecclesia exstructa, XXIII, 425. Eustathii reliquiæ in Thracia, *ibid.* Eustathius in Macedonia episcopus, XXIV, 305. Eustathius a Theodora domo ejectus, XXIV, 245.

EUTHALIÆ scribit Chrysostomus, XXIV, 160. Euthaliæ scribit adhuc Chrysostomus, XXIV, 318. Alia ad illam epistola, *ibid.*

EUTROPIUS patricius et consul præfectusque cubiculi Arcadii, XXIII, 55. Eutropii splendor ante calamitatem, *ibid.* 58. Eutropio in dignitate constituto monita dabat Chrysostomus, *ibid.* 55, 56, 57. Eutropius in Ecclesiam debacchabatur, *ibid.* 57. Illum objurgat Chrysostomus, *ibid.* 56.

EUTROPIUS Eunuchus ab aula imperatoria ejectus, XVII, 81. Eutropius in ecclesiam cuius asylum violaverat confugere coactus est, *ibid.* 58, 59. Eutropius a templo abduci jubetur, *ibid.* 58. Exanimem illum depingit Chrysostomus, *ibid.* 59. In ejus misericordiam populum flectit Chrysostomus, *ibid.* Eutropius profugus in ecclesia receptus, XXIII, 72. Eutropio in ecclesia agente obsessa fuit ecclesia, enses districti fuere, *ibid.* 64. Eutropius cum ex ecclesia aufugisset captus est, *ibid.* Eutropius abreptus a propriis clientibus et famulis, *ibid.* 69. Eutropius purus a mulieribus, cantor, verberibus cæsus, et lateribus ac fronte usque adeo laceratus, ut et supercilia quoque evulsa sunt, facibus postremo ad latera, post ossa nudata, utrinque admotis, et oleo plenis, in ipso equuleo animam exhalavit, mediaque nocte sepultus est a clericis qui hoc perpetraverant scelus, XXV, 520.

EUTROPIUS in Macedonia episcopus, XXIV, 305.

EUTYCHIANUS præfectus prætorii, XXV, 422.

EUTYCHUS per fenestram lapsus a Paulo curatus, XX, 468. Eutychus usque ad multam noctem Pauli audiendæ doctrinæ vacabat, *ibid.*

EUXINI PONTI incolæ, xix, 404.

EVENTUS rerum in manu Dei, xi, 214.

EVETHIUS presbyter Chrysostomo Cususi aderat, xxiv, 242. In exilio comes, *ibid.* Evethio scribit Chrysostomus, *ibid.* 314.

EXACTORES vocantur aut raptores et avari aut illi qui tributa percipiunt, iv, 270.

EXAMEN ordinandorum, xi, 51.

EXAMEN conscientiæ, iii, 29. Examen conscientiæ ante somnum, *ibid.* 441. Examen conscientiæ ineundum, xx, 516. Examen conscientiæ faciendum, vi, 297. Examen quotidianum, a quo nunquam oportet deficere, i, 70. Examen conscientiæ, *ibid.* 148, 351; ii, 294.

EXCANTAMENTA prohibentur, xx, 391.

EXCESSUS est quasi extasis, iii, 566. De Adam quando dicitur Deus immisisse in eum excessum, innuit quamdam a sensu alienationem, *ibid.* Extasis enim, seu excessus dicitur, extra se esse positum, *ibid.* Immissus autem erat tum excessus, ne sentiret cum auferretur costa, nec ex ea re dolorem acciperet, *ibid.* Ubique excessus significat gravem quemdam soporem et a sensu remotionem, *ibid.* Solet calamitas esse causa excessus et soporis, *ibid.*

EXCOMMUNICATIONIS sententia in eos qui theatrorum spectacula diebus sanctis adierunt, postea autem mitigata, xxii, 49.

EXCONSUL, ἐξ ὑπάρχων, xxii, 292.

EXCUSATIO in peccatis pessima, iv, 99, 100.

EXEMPLA majorem patrem menti cogitandam relinquunt, xvi, 484. Exemplo magis quam philosophia prædicandum, xiv, 148. Exempli boni vel mali vis, xiv, 50.

Exempla vicissitudinis rerum humanarum, iii, 347. Exempla penitentiae in utroque Testamento, iii, 433, 434. Exempli boni vis et efficacia, xx, 40. Exempli boni quantus fructus, i, 109; xxii, 172.

Exemplo qui non prædicat, doctor miserabilis est, vii, 181. Exemplum malum etiam Gentilibus et Judæis nocebat, quomodo, i, 98. Exempli mali perniciēs, xx, 211. Qui cadit, non lapsus modo poenas dat, sed quia alios etiam supplantavit, punitur, *ibid.*

Exempli vis quanta, xxi, 84, 85.

EXERCITIUM virtutem efformat, xii, 342, 343.

EXHEDRA est mensa semicircularis, crescentem lunam referens, quam Martialis et alii quidam *Sigma* vocant, quia litteram C *Sigma* refert, xvii, 505.

EXISTIMATIO hominum non multum curanda, xii, 175.

EXODUS, liber secundus Octateuchi, xix, 287. Exodus Judæos exhibet ex Ægypto mirabiliter adactos et liberatos, atque in deserto diu morantes, legemque latam, *ibid.* 272, 519.

Ἐξωρίς, abolla philosophorum, xxi, 129.

Ἐξωρίς, abolla pallium philosophorum, iv, 248.

EXPENSUM. Deo ratio reddenda accepti et expensi, xi, 50, 51.

EXPERIENTIA multum ad cognitionem confert, xviii, 263. Experientiae et exercitationis commoda, iv, 552. Experientia cautelæ magistra, xxii, 275.

EXPRÆFECTUS, ἐξ ὑπάρχων, xxii, 292.

EXEQUIARUM modus, xvi, 441. Non præter decorum, non capillos vellentes, non brachia nudantes, non faciem lace-rantes, non pullas vestes induentes, sed solum in anima lacrymas amaras quiete fundamus, *ibid.* Mulieres præficæ in funeribus adhibitæ, *ibid.* Exequiarum splendorum vanitas, iii, 341. Exequiæ Græcorum more tunc in usu nunc vituperandæ, xviii, 251. Turpes ritus in exequiis, *ibid.* Vide FUNERA.

EXTERMINATIO. Si hoc est faciei exterminatio, ad gloriam vanam sese pallidum exhibere, quid dicendum de mulieribus quæ facies suas pigmentis et fuscis corrumpunt ad perniciem impudicorum juvenum? vi, 24.

EXULTATIO non potest esse sine simplicitate, xii, 85. Exultatio bona quæ, iii, 192, 193.

EZECHIAS orationibus Persarum multitudinem celeriter vertit in fugam, xxii, 20. Persæ ad evertenda mœnia machinas adhibebant, Ezechias autem precibus mœnia muniebat, *ibid.* Ezechias ergo precatione, non armis, non tubæ clangore, bellum exstinxit, *ibid.* Ezechias non erectus stans, neque geni-

bus flexis, sed supinus in lecto cubans ob infirmitatem versa ad parietem facie, quoniam ardentem et temperante animo Deum invocavit, sententiam adversus se latam revocavit, magnam sibi gratiam conciliavit, et in pristinum restitutus est sanitatem, v, 123. Ezechiam virtute pietateque præditum virum, cum tantam ex rebus gestis fiduciam non haberet, ut posset contra tam ingens periculum consistere, ob patris Davidis virtutem servaturum se dicit Deus, xxi, 107. Ezechias rex bello Persico instante, cum urbis excidium immineret, civibusque, qui pro mœnibus starent, metuentibus et jam trementibus, ad Isaïam prophetam confugit, illius preces multis Persarum millibus opposuit, neque sua illum fides fefellit, *ibid.* 118.

EZECHIEL cum populo exulanti profectus est, tolerabilisque putabat in

aliena, quam in propria degere, e re maxime existimans fore, si calamitate oppressis ad consolationem præsens esset, aliorumque res curaret ac dirigeret, iv, 214. Ezechiel cum justus esset, atque Israëlitas maxime omnium cognosceret, videns illos jugulari et corruiere, hoc idem passus est et illacrymavit; etiamsi antea Deus illi eorum impietatem revelasset, atque ipsis oculis intuendam præbuisset, ut cum illos puniri inspiceret, eam calamitatem fortiter perferret, xx, 102. Ezechiel cum magno præscientiæ solatio præparatus esset, Israëlitarum augebatur clamoribus, corruens ad Deum clamavit, *ibid.* Ezechiel speculator mirabilium visionum, xxi, 5. Ezechielis ærumnæ, xx, 153. Factum est verbum Domini ad Ezechiel filium Buzi secus flumen Chobar, xix, 420. Visio Ezechielis narratur, *ibid.*

F

FACES autem consules gestatæ, xxiii, 55, 56.

FACIETIÆ Ascetam non decent, xxi, 500, 501.

FACIES Dei quid, iii, 147.

FACIES hominum. Si hoc est faciei exterminatio, ad gloriam vanam sese palidum exhibere, quid dicendum de mulieribus quæ facies suas pigmentis et fuscis corrumpunt ad perniciem impudicorum juvenum, vi, 24.

FACULTATES nostræ tunc maxime nostræ sunt quando non nobis, sed pauperibus eas possidemus, ii, 396. Facultates pauperibus erogandæ, xviii, 177.

FALLACIAM veritati semper substituit diabolus, vi, 71.

FALSUM per se solvitur, vii, 323.

FAMA humana non magni faciendæ, i, 84. Famæ alienæ parcendum, ii, 69.

FAMELICI tribuni historia, iii, 579. *Vide notam (20) ejusdem voluminis.*

FAMES voluptatem parit in conviviis, xxi, 95. Fames tempore Juliani imperatoris, xxiii, 322. Famis quantus dolor, xxiii, 315. Fame mori est mors

omnium acerbissima, *ibid.* 314, 315. Fames non est vere mala, iv, 420. Fames cur immissa fuerit, i, 312. Fames multa bona conciliavit, *ibid.* Melius est fame tabescentem negligere, quam ipsum alere avaritia et afflicere contumelia, xxv, 5.

FAMILIA quomodo ornanda, xvi, 346.

FAMULARUM quæ incommoda sint, xxi, 220.

FAMULORUM agmen vituperatur, xv, 133. Famuli Antiochenorum divitum aureis ornamentis onusti, xiv, 396.

FASTUS reprehenditur, xxi, 68. Fastum reprimit Chrysostomus, xi, 482. Fastus carpitur, v, 427. Fastus et vana gloria omnino vitanda, vi, 165. Fastum et ambitionem vetat Christus, *ibid.* 93, 94. Fastum esse calcandum Christus exemplo docet, ix, 409. Fastus damnatur, x, 315.

Fastus hominum reprimitur, et exagitur, xiii, 336. Fastum nullum admittit Ecclesia, xii, 377. Fastus humanus nihil est, xiv, 379. Fastus quot malorum causa, xv, 172. Fastus eorum

objurgatur qui cum famulorum turba per forum et urbem equites incedebant, xvii, 432.

FATUM inducebant quidam, xx, 463. Fato omnia quidam ascribebant, xi, 455. Fatum Dei providentiæ officit, xxi, 76. Fatum omnino damnum, xix, 490, 491. Fati doctrina quamnoxia, *ibid.* 486. Fatum an liberum arbitrium impediatur, *ibid.* Per fatum diabolus multa, *ibid.* 492. Fatum laudem et vituperium tollit, *ibid.* 505, 508. Fatum præterdens reus poenas non effugit, *ibid.* 492. Fatum non admittendum, *ibid.* 478, 479. Ejus doctrina a diabolo invecata, *ibid.* 484, 485. Omnia bona subvertit, *ibid.* 503. Fatum et generis omnium deterrima doctrina, *ibid.* Fatum qui defendunt ejus necessitati ne minimum quidem veniæ concedunt, *ibid.* 492. Fatum non bonos ac malos facere potest, *ibid.* 504, 505.

Invidus, dum fornicarii et publicani in regnum cælorum intrant, ipse excluditur, vi, 276. Ad invidiam curandam remedia, *ibid.* 277. Invidus, non eum cui invidet lædit, sed se ipsum, *ibid.*

Invidi sæpe mente admirantur, et adulatores mente criminantur, v, 423. Invidia ne pulchra quidem intueri sinit, aut si sinat, invidis sinit oculis, iv, 522, 523.

INVOCARE in veritate quid sit, xii, 412.

INVOCATIO Sanctorum et Martyrum, xx, 352. Invocatio Martyrum, xxiii, 469. Invocatio et intercessio Sanctorum, ii, 100.

Invocatio et intercessio Sanctorum in calamitatibus, xxii, 43. Invocatio Dei a malis liberat, iii, 552.

IR lumen magnum et splendorem significat, iv, 57. Vulgata vertit *vigil*, loco hujus vocis *Ir*. Ir dicitur lumen magnum et splendor, sicut sanctus Gregorius Nazianzenus Angelos lumina appellat, *ibid.* 626.

IRA Dei novacula in Scriptura vocatur, iv, 336. Ira Dei non animi ægritudo, xxi, 457.

Ira cur nobis insita, xxiii, 265. Iram qui non refrenat in cruciatu vivit, xxii, 349. Iræ in proximum solvendæ, xi, 109, 110, 124.

Iræ exardescens pravus effectus, ii, 204; v, 178, 179. Iram sedare in nostra est potestate, v, 182, 183. Ex ira Davidis, quam ille sedavit, ejus virtutem cognoscimus, *ibid.* 162.

Ira Dei aliquando per ignem significatur, iii, 287, 288. Ira et furor in Deo non humano more sunt intelligenda, *ibid.* 61. Ira rationis expers, *ibid.* 615. Ira ad quid utilis, *ibid.* 28. Ira aliquando utilis, *ibid.* 27. Ira quænam mala sit, *ibid.* Temere irascitur qui se ipsum uleiscitur, *ibid.* 28. Quid sit audiendum: *Irascimini et nolite peccare*, *ibid.* 26, 27, 28. Ira in nobis ideo insita est, non ut peccemus, sed ut alios peccantes prohibeamus; non ut sit animi perturbatio et ægritudo, sed ut sit ægritudinum remedium, *ibid.*

Ira nihil deterius, v, 356. Ira sæva fera est, *ibid.* 274. Quomodo sedanda et tollenda quanta mala afferat, *ibid.* 449, 450. Iræ motus sedandi, vii, 283, 285. Iræ morbus celeri medela opus habet, v, 453, 454. Ab ira abstinere quantum bonum, vii, 62.

Ira ebrietatem parit vini temulentia deteriorem, v, 429. Ira est radix cædis, *ibid.* 444. Ira non iniqua semper est, sed inopportuna ira reprehenditur, *ibid.* 448.

Ira celeriter extinguenda, ix, 202,

203. Ira acutus morbus, ignis vehemens, ebrietas quædam imo ebrietate deterior, ix, 371, 372.

Ira quomodo sedatur, x, 157, 158. Ira fera est quam frenare oportet, ix, 203. Iræ materia clamor est, *ibid.* 371.

Iram inter et furorem *μωρία* nullum discrimen, x, 59. Ira nihil turpius, nihil gravius, nihil ingratius, nihil damnosius, xii, 186. Ira est canis impudens, *ibid.* 208, 209.

Ira quanta mala pariat, xii, 80, 81. Ira et vindictæ cupido quantum malum, *ibid.* 466, 467, 468. Ira et furor morbos urgent, *ibid.* 82. Ubi ira est, ibi non habitat Spiritus sanctus, *ibid.* 207.

Ira quanta mala peperit, xiii, 41. Quomodo sedanda, xii, 184. Frenanda non potest unquam iratus persuaderi, *ibid.* 370. Ira solvitur mansuetudine, xii, 184.

Ira est fera quædam cohibenda, xviii, 268. De ira et furore ecloga, xxv, 45. Cum ira circa pectus consurgit et sævit, os ignem spirat, flammam oculi emittunt, tumet undique facies, manus immoderate extenduntur, pedes ridicule saltant, in cohibentes insiliunt, nec quidquam distant ab insanientibus, imo nec a feris asinis, calcitrantes, mordentes, *ibid.*

Qui irascuntur, pueris insipientiores sunt, xviii, 448. Iræ quanta fœditas, xxii, 511.

Ira majus est malum quam concupiscentia, xvi, 299, 300. Ira quomodo cohibenda, xviii, 151, 152.

IRACUNDIA cito deponenda, xxi, 401. Ea nihil magis aciem mentis obtundit, xx, 435. Iracundia mala, *ibid.* Iracundia fratrum sedanda, xxi, 401, 402. Iracundia fons et radix cædis, xix, 143, 144.

IRACUNDI sunt dæmoniis similes, v, 483, 484. Iracundus quam crucietur, vi, 262. Iracundus dæmoniaco peior, x, 59. Iracundi imago, ix, 204. Iracundi descriptio, xii, 207, 208, 363.

Iracundus in mansuetum incidens sedat iram, *ibid.* 80. Iracundus sibi insuavis et aliis noxius est, *ibid.*

S. IRENE templum, ubi concionatus est Chrysostomus, v, 38.

IRIS arcus in nubibus, i, 413, 414.

IRRUPTIO in Ecclesiam per manum militum facta in magno sabbato, xxiv, 7, 9.

IRUS paupertate erat Epicurus, xii, 162.

ISAACI ærumnæ, xi, 197; xx, 115, 116. Martyr appellatus a Paulo, xx, 357.

Isaac Christi figura, v, 10.

Isaac risum significat, xiii, 125, 126. Isaaci mactatio crucem designabat, xi, 250.

Isaaci ortus, ii, 122.

Isaac cur offerri voluerit Deus, ii, 161. Isaaci immolandi mansuetudo et obsequentia, *ibid.* 139. Isaaci patientia, *ibid.* 186.

Isaaci putei ex quibusdam casibus denominati, ii, 438. Isaac precatur pro conjugate sterili, *ibid.* 161, 162.

Isaac viginti annis orando perseverat, ii, 166. Isaac prohibetur a Deo ne in Ægyptum eat, *ibid.* 175. Isaac in sua generatione doctor, iii, 24, 25. Isaac fructus hospitalitatis, *ibid.* 358.

Isaac figura Christi, vii, 389, 390.

ISAÏAS increpat mulierum luxum et molliem, iv, 274, 276. Isaïas cur ab anno mortis Ozîæ visionem suam narrare incipiat, *ibid.* 405, 406.

Isaïas Ægyptios muscas vocat, iv, 335. Isaïæ excellentiam prædicat Paulus, *ibid.* 213. Isaïæ excellentia ex ejus prophetia maxime percipitur, *ibid.*

Isaïas cur se obtulerit Deo in visione, *ibid.* 312, 313. Judæis gravissimo supplicio affectus est, *ibid.* Isaïæ visioni affinis est Danielis visio, *ibid.* 305, 306. Isaïas. *Vide* ESAÏAS.

Isaïas quam aperte Joannis Baptistæ et Christi adventum præsignificaverit, v, 349, 351. Isaïæ prophetia dicto Christi acenrate consonat, vi, 390. Isaïas magniloquentissimus propheta, xv, 128.

Isaïas theologus, ix, 489. Isaïas sectus est, *ibid.* 187. Isaïas ubi sepultus sit ignoratur, *ibid.* 488.

ISAURI regionem infestabant in qua Chrysostomus exulabat, xxiv, 12. Isaurorum incursiones, *ibid.* 91, 124, 125. Isauri Cæsariensem agrum populantur, *ibid.* 131, 132 et seqq. Depopulati agros se recipiunt, *ibid.* 136. Isauri prædones, *ibid.* 148.

Isauri exorto vere latrocinia exercent, *xxiv*, 283, 284. Isaurorum terror, *ibid.* 250. irruptiones, *ibid.* 194, 195. Isaurorum metus, *ibid.* 198, 242. Isauri omnia populabantur in Armenia, arces obsidebant, *ibid.* 272. Isauri trecenti Arabisum oppidum invadunt et arcem pene capiunt, *ibid.* 277. Isauri omnia cruore complebant, *ibid.* 332.

ISMAELNOTHUS, *xx*, 112. Ismaëlejectus a Sara, *ii*, 125, 126, 127. Servatur a Deo, *ibid.* 128.

ISMAELITÆ ex neptibus Abrahæ edocti, *iii*, 24. Ismaelitæ nihil commune habent cum Israëlítico genere, *v*, 250.

ISOCRATIS lepor, *xx*, 468.

ISRAEL aliud nomen Jacobi, *xiii*, 113. Israël significat, Videns Deum, *xi*, 441, 442.

ISRAELITÆ cur unum vitulum plura-

liter vocant deos, *xxi*, 585. Israël quomodo potestas Dei dicitur, *iii*, 535.

ISRAELITÆ ex Ægypto egressi impietatibus addicti, 230. Israëlītæ cur tandiu in deserto detenti sunt, *ibid.* Israëlitarum decem tribuum nequitia, *ibid.* 115.

ISRAELITÆ circumcissione signantur ut pecora et bruta, *xvi*, 135. Israël populus Deum irritavit, cum Ægyptiam concupiebat mensam, carnes et lebetes a ductore requirens, *xxv*, 468.

ISTER seu Danubius sæpe glacie con-crecit, *iii*, 649.

ITALIA de Spiritu sancto accepit, *iii*, 253.

ITALI, *xix*, 404.

ITALICÆ scribit Chrysostomus, *xxiv*, 311.

ITINERA Pauli, *xiii*, 96.

J

JACOB supplantationem sonat, *ii*, 202. Jacob benedictionem subripuit fratri ex Dei nutu, *ibid.* 195, 196. Jacobi pius et gratus erga Deum animus, *ibid.* 289. Jacob ærumnæ variæ, *ibid.* 357, 358. Jacob obedientia et pietas, *ibid.* 283, 284.

Jacob quantum Rachelem amaverit, *ii*, 222, 223. Jacob Racheli de sterilitate querenti prudenter respondet, *ibid.* 239, 240. Jacobi philosophia seu vita aspera, *ibid.* 212. Jacob fortitudo animi, *ibid.* 251, 252. Jacobi mansuetudo, *ibid.* 245, 246, 247.

Jacob petit a Deo ut suas promissiones impleat, *ii*, 267. Fratrem suum Esaü placare studet, *ibid.* 267, 268. Jacob cum Angelo luctatur, *ibid.* Jacob adorat Esaü fratrem suum, *ibid.* 271, 272. Jacob humilitate vicit fratrem suum, *ibid.*

Jacob Israël nominatus, *ii*, 458; *xiii*, 113. Jacobi anima grata et pia memor-que beneficiorum Domini, *ii*, 369. Jacob deos alienos sustulit de familia sua, *ibid.* 284. Jacob quantum Josephum amaret, *ibid.* 341, 342.

Jacob vovet se decimas daturum, *ii*, 216. Jacob agere dimittit Benjaminum, ut in Ægyptum pergat, *ibid.* 338, 339. Jacobi lætitia cum audivit Josephi incolitatem, *ibid.* 351, 352. Jacob cæcus, oculis mentis videbat, *ibid.* 369. Jacobi benedictiones in filios, *ibid.* 375, 376. Jacob prædicit crucem et sepulturam Christi, *ibid.* 378, 379. Jacobi mors cum miraculo conjuncta, *ibid.* 382. Jacob cur voluerit in patria sepeliri, *ibid.* 365.

Jacob cur in utero matris amabatur, *xiii*, 440, 441. Jacobi patriarchæ luctus, *xi*, 147, 148.

Jacob patriarcha quot subierit ærumnas, *xi*, 197; *xx*, 118, 119. Jacobi dolor de morte filii a fratribus ejus simulata, *xx*, 123. Jacob martyr appellatur a Paulo, *ibid.* 357. Jacob patriarchæ labor et sollicitudo pro grege, *xxii*, 101. Jacob mortem timebat, *xxiii*, 455, 456. Et exemplo Jacobi ostenditur veteres metuisse mortem, *ibid.*

Jacob in sua generatione doctor, *iii*, 25. Habitatores Mesopotamiæ docuit, *ibid.* 24. Jacob prophetiam incipit ab

imprecatione, *iii*, 461. Jacob quo pacto dominus fratris sui Esaï fuit, *v*, 327.

Jacob vituperabilis recalcitravit, cum impletus erat, impinguatus, incrassatus et dilatatus, *xxv*, 468.

Jacob ex ærumnis magis claruit, *xxv*, 357. Jacobo non nocuit Esaï, *vi*, 276.

Jacobus et Joannes filii tonitruui appellati, *ii*, 458; *xiii*, 113, 118.

Jacobus et Joannes cur filii tonitruui vocati, *ix*, 316. Jacobo Joannis fratri gladio caput abscissum est, *xi*, 92. Jacobus et Joannes dexteram et sinistram terrestris regni petebant, *ibid.* 90, 91, 92.

Jacobi Joannis fratris ardor et virtus magna, *vii*, 106. Jacobus frater Joannis in quo præcelleret, *vi*, 367.

Jacobum ab Herode occidi cur permiserit Dominus, *xii*, 305. Jacobus non cruci affixus, sed capite truncatus ense, baptismo baptizatus est Christi, *xxiii*, 466.

JACOBUS (minor) cur frater Domini vocetur, *v*, 287. Jacobus frater Domini vir admirandus, primus episcopus Jerosolymitanus, *ibid.* Laudatur ejus aspera vita, *ibid.* Procumbendi assiduitate frons pellis cameli instar obduruit, *ibid.* ejus laudes, *ibid.* Jacobus frater Domini Jerosolymorum episcopus, *x*, 55. Jacobus frater Domini episcopus Jerosolymitanus, vir magnus et mirabilis, *xii*, 511.

Jacobus quia episcopus erat Jerosolymæ, ideo postremus in illa urbe loquitur, *xii*, 374. Laudatur ejus prudentia, *ibid.* Jacobi fratris Domini, qui episcopus Jerosolymorum fuit, modestia, *ibid.* 39. Ex his qui dicebant ad Christum: *Transi hinc in Judæam, ut et discipuli tui videant opera quæ facis; nemo quippe in occulto aliquid facit... neque enim fratres ejus credebant in eum*, beatus Jacobus, *x*, 55. Quod vero Jacobus frater Domini ex numero fratrum non credentium fuerit, nescio an alius quispiam dixerit, *ibid.* 525 in nota.

JACOBUS Alphæi lapidatus, *viii*, 450.

JACOBUS. De quo Jacobo mentio est in his verbis: *Adhuc Jacobus vivebat?* *xii*, 298, 524, 525.

JACTANTIA bona opera delet, *xi*, 435. Jactantia fugienda, *vi*, 172.

JAPHETH filius Noë, *i*, 333, 336. Japheth intravit in arcam cum Noë, fratribus et matre, *ibid.* 360. Sem et Japheth acceptis vestibus super humeros suos incesseerunt retrorsum, et operuerunt nuditatem patris sui, *ibid.* 433. Hæc est in Sem et Japheth probitas magna et honestas, *ibid.* Japhethi maxima est benedictio, forte latentem aliquem habens thesaurum, Noë dicente: *Dilatet Deus Japheth, et habitet in tabernaculis Sem, et fiat Chanaan servus illius*, *ibid.* 442. Sanctus Chrysostomus ait Noë benedicendo Sem et Japheth duorum populorum vocationem significare voluisse, per Sem nempe Judæos, per Japheth autem gentium vocationem, *ibid.*

JEJUNIUM in quo bonum, *xxi*, 162. Jejunii fructuosi modus, *xx*, 204. Jejunium quadragesimale non ob crucem celebratur, *ibid.* 239. Cur per quadraginta dies jejunetur, *ibid.* 238. Jejunium Judaicum nudis pedibus, *ibid.* 208. Avocat ab immundis Judæorum jejuniis Chrysostomus, *ibid.* 221. Jejunium Judæorum inpium et sceleratum, *ibid.* 247.

Jejunium hæreticorum pœna mulctandum, *xxi*, 127. Medicina est jejunium; sed medicina licet millies utilis sit, per utentis imperitiam inutilis sæpe fit; nam nosse oportet et tempus quo ipsam adhibere opus sit, et ipsius medicamenti quantitatem et corporis temperiem, et regionis naturam, et anni tempus, et congruum victum, etc., *xxii*, 107, 108. Jejunii lucrum, *xxi*, 559. Jejunium quo pacto prosit, *xxii*, 317. Jejunii veri conditio, *ibid.* 300, 301.

Jejunium vituperat, qui ipsum ciborum tantum abstinentiam dicit, *xxii*, 109, 110. Jejunii veri ratio, *xi*, 319. Jejunium precibus cooperatur, *xxii*, 306. Jejunii soror et contubernalis oratio, *xxi*, 547, 548.

Jejunium commilito noster et auxiliator, *xxii*, 151. Jejunando non jejunari, et non jejunando jejunari potest, quomodo, *xi*, 319. Jejunium non tantum ciborum abstinentiam postulat, sed etiam peccatorum, *xxii*, 107. Jejunii utilitas nulla nisi a vitiis absteineatur, *ibid.* Jejunium omnium membrorum sit, jejunent manus a rapina, pedes a cursu ad spectacula, oculi a formosarum obtutu, *ibid.*

109, 110. Jejunet et auris; aurium autem jejunium, detractiones et calumnias non suscipere, *ibid.* 110. Jejunet quoque os a verbis turpibus et convicio, *ibid.*

Jejunium Christianorum dæmones timent, *xxi*, 547. De jejunio lætatur Deus, *ibid.* 549. Jejunii dimidio transacto gaudebant Antiocheni multi, *xxii*, 316. Ante jejunii adventum quidam crapulæ se apparabant, quidam balnea adeundo ut corpora abluerent, *xxi*, 557.

Jejunandum in tentationibus, *xxi*, 360. Jejunium magna res, *ibid.* 320. Jejunii species est abstinere a deliciis, *ibid.* Jejunia ordinationes præcedebant, *ibid.* 359. Jejunium verum declinare a malis, et ad bona transire, *i*, 133, 200.

Jejunium temperantiæ parens, *ii*, 427. Est fons omnis philosophiæ, *ibid.* Jejunium animarum tranquillitas, senum decor, adolescentium pædagogus, continentium magister, *i*, 40, 41.

Jejunium jucundum volentibus philosophari, *ii*, 389. Jejunium veri id est, verno tempori comparatur, *ibid.* Cur jucundum jejunium, *ibid.* Jejunium quasi festum habendum est, *i*, 32. Jejunii bona, *ibid.* Nihil prodest sine aliis bonis operibus, *ibid.* 132, 149, 150.

Jejunium, portus animarum nostrarum, *i*, 34. Animæ alimentum est, quomodo, *ibid.* 37. Jejunium leviolem reddens mentem, efficit ut facilius hujus vitæ pelagus transmittat, et in cælum, ac celestia suspiciat, et nihil faciat præsentia, sed ut umbras et somnia diffugere censeat, *ibid.* In jejunio confessio emittenda, et eleemosyna eroganda, *ibid.* 118. Jejunii tempore, majus virtutis studium habendum, *ibid.* 353.

Jejunii præconia, *i*, 133.

Jejunium subsidio precationis eget, *i*, 454. Jejunii præclara facinora, *ibid.* 36. Jejunium motus animi cedat, *ii*, 389. Jejunium quasi medicina habendum, *i*, 34. Jejunii bona quanta, *v*, 67. Jejunium non prodest improbis, *i*, 71.

Jejunium quadraginta dierum Moyses et Elias servarunt, *i*, 35, 36. Quadraginta dierum ipse Christus celebravit, *ibid.* 36. Jejunium quadraginta dierum erat tempore Chrysostomi, *v*, 66, 67. Jejunii memoria utilis, *ibid.* 67, 68.

Jejunium primo homini præceptum, *i*, 87, 88. Jejunium quadraginta dierum Elias transegit, vitataque mortis tyrannide, et curru igneo quasi in cælum raptus, etiam in hanc usque diem mortem non expertus est, *ibid.* 36. Daniel vir desideriorum, peracto multorum dierum jejunio, admirandam visionem nactus est, et leonum furorem compescuit, in ovium mansuetudinem vertit, non naturam commutans, sed, feritate manente, appetitum mutatum cohibens, *ibid.* Ninivitæ jejunio usi sententiam Domini revocarunt, *ibid.*

Jejunium quantum sit bonum, *v*, 385. In jejunio ungere caput suum quid sit, *ibid.* 25. Ex jejunio quidam famam sibi parabant, *vi*, 149. Jejunium, orationem et eleemosynam maxime solet commendare Christus, *ibid.* 3. Jejunium sine eleemosyna non prodest, *vii*, 248. Jejunio et oratione opus est ad dæmones pellendos, *ibid.* 14.

Jejunium hypocritarum quale, *vi*, 24. Jejunium cum benignitate conjunctum peccata delet, *ix*, 225. Jejunium vim magnam addit orationi, *iv*, 171.

Jejunium moderatum cupiditatem sedat, *xii*, 68. Jejunia pennas animæ leves reddunt, *iv*, 430. Jejunium cur ante communionem servabatur, *ibid.* 431. Jejunium quomodo sanctificemus, *ibid.* 433, 434. Jejunandum maxime a peccatis, *ibid.* 435.

Jejunium cum bonis operibus conjunctum sit oportet, *xi*, 533, 534. Jejunii dies, *ibid.* 471. Jejunium aliud corporis, aliud animæ est, *viii*, 20.

De jejunio et temperantia ecloga, *xxiv*, 440. Jejunium est telum contra dæmonum aciem, *ix*, 303. Jejunium homines a terra in cælum transfert, *ibid.* 479, 480. Jejunium Paulum ad tertium cælum deduxit, *ibid.* 302.

Jejunium est initium pœnitentiæ, *xxii*, 347.

ЈЕРПТÆ quantum ex juramento damnatum, *xxii*, 263.

ЈЕРЕМΙΑС cum Judæis multa minitans, malaque imminetia prædicens, ab audientibus subsannaretur, totoque die rideretur, cogitabat ab illa prophetia desistere, nimirum humano quodam affectu victus, sannas illas et convitia per-

peti non valens, *xi*, 133. Jeremiæ pro populo mœror et luctus, *xx*, 153. Jeremias vim quamdam inferens atque contendens excusationem aliquam pro delinquentibus invenire precabatur pro populo, *xxiii*, 226.

Jeremiæ lamentationes et seorsum conscriptas, et per omnem prophetiam dispersas, ac partim de civitate, partim de se ipso compositas, nemo potest sine lacrymis legere, *xxiii*, 226. Jeremias diem suæ nativitatis exsecratur, ob malis succedentia mala, *xi*, 197.

Jeremias laudatur, *xxiv*, 93. Jeremias post urbis excidium longas edidit lamentationes, *iv*, 24. Jeremias Judæos servare non potuit, *v*, 289.

JEROSOLYMÆ solum licebat Judæis Pascha celebrare, *xx*, 235, 236.

Jerosolymitani templi instauratio incassum suscepta tempore Chrysostomi, *xxiii*, 234. Jerosolymitanum templum instaurare conatur Julianus Apostata, *ibid.* 383. sed frustra, igne ex fundamentis exiliente, *ibid.*

Jerusalem imperantibus Vespasiano et Tito capta est, *xi*, 550. Jerosolyma olim magistra universæ terræ, *iii*, 306. Jerosolymæ cum urbs obsideretur, mulieres filios suos comederunt, hostes perfregerunt ventres mortuorum, et ignis barbaricus omnia depopulatus est, omniaque erant plena sanguine, et novæ tragœdiæ, et universus orbis terrarum refertus erat malis Judaïcis, *ibid.* 130. Jerosolymæ restauratio, *ibid.* 312.

Jerosolymis altaria duo, unum æneum, alterum aureum, *iv*, 88. Jerosolymis solum sacrificare licebat, quare, *iii*, 607. In Jerusalem principatus duplex, sacerdotum et regum, *iv*, 89. Jerusalem cœlestis, civitas nostra, *iii*, 312.

Jerosolymorum per Romanos excidium a Daniele prædictum, *xx*, 288. Jerosolymitana obsidio et excidium, *xii*, 66. A Josepho descriptum, *ibid.* A Jerosolyma diruta quadringenti anni, *xx*, 273. Jerosolyma cur turbata sit, cum audivit Christum natum, *v*, 300.

Jerusalem cur diruta, *v*, 470. Jerusalem diruta et destructa fuit quadraginta annis post mortem Christi, *vii*, 150. In Jerosolymorum obsidione matres filios suos comederunt, *ibid.* 225. Jerosoly-

morum excidium sub Vespasiano et Tito, *ibid.* 149, 150. Jerosolymorum excidio adveniente, maxinia pars discipulorum Christi obierant, *ibid.* 224.

JESUS CHRISTUS.

Sæpius hoc verbum reperitur in toto decursu operum sancti Joannis Chrysostomi ut queant omnes sententiæ hic exprimi, nec est qui velit aut possit eas exquirere, ut quæ jam legantur in articulis, DEUS, CHRISTUS, FILIUS DEI et alibi passim. Has tantum libuit seligere sequentes.

Jesus Christus non expectabat ægros, quos sanaret, sed quærebat obambulans, *xx*, 359. Jesus de lapsu hominum plorabat, *xxi*, 267. Jesus. *Vide CHRISTUS et FILIUS DEI.* Jesus via Joanni Baptistæ contraria venit, *iii*, 267.

Jesus nomen Hebræice, Servatorem significat, *v*, 239, 240. Jesus Salvator dicitur quia salvum facit populum suum, *ibid.* Jesus nomen mille bonorum thesaurus, *ibid.* 270. Jesus cur a Josepho hoc nomen accepit, *ibid.* Jesus cur venit ad Joannem, *ix*, 294, 295. Jesus. *Vide FILIUS DEI, VERBUM, CHRISTUS.*

Jesus cur ita vocatus sit, *xvi*, 12. Jesus Filius Dei omnem nobis attulit virtutem, *xvi*, 382.

Jesus Nave fuerat ante Dei judicio delectus ut Moysi succederet, *iv*, 358. Jesus Nave typum ac figuram gerebat veri Servatoris nostri Jesu Christi, *ibid.* Jesus Nave e deserto per Jordanem in terram promissam perduxit populum, *ibid.* Jesus filius Nave non fructus e cœlo attulit, sed Jesus filius patris misericordiarum, filius ejus qui vere est Deus, omnem tulit virtutem et omnes qui inde sunt fructus, hymnos nempe ad nos detulit cœlestes, *xvi*, 382.

JOAB Amessam occidit, *xx*, 150.

JOANNES Baptista solus præsentem Christum prædicavit, *ix*, 306. Joannes quomodo testimonium perhibeat de lumine, *ibid.* 218. De Joanne Baptista magna Judæorum opinio, *ibid.* 288, 289. Joannes Baptista eadem ipsa verba repetat, *ibid.* 304. Joanne Baptista inferiorem Christum Judæi putabant, *ibid.* 286. Joannes Baptista quam commenda-

bilis, *ibid.* 285. Joannis Baptistæ quidam discipuli cur Christum secuti sint, *ibid.* 308. Joannes Baptista cur dicat se prophetam non esse, *ibid.* 287.

Joannis Baptistæ discipuli Christo et ejus discipulis invidebant, ix, 390, 391. Christo non credebant, *ibid.* 397, 398. Joannis Baptistæ testimonium, Dei erat testimonium, *ibid.* 491, 492. Joannis baptismus Judaïco præstantior imperfectus tamen erat, *ibid.* 296. Joannes Baptista cur discipulis Christi baptizantibus baptizare non destitit, *ibid.* 389. Joannis Baptistæ prædicandi modus, *ibid.* 262.

Joannem Baptistam laudat Josephus scriptor, illiusque neci Jerosolymitanum excidium ascribit, ix, 260. Joannes Baptista cur Christo major putabatur, v, 376, 377. Joannes cum Christo non comparandus, vi, 242.

Joannes Baptista cur Christum quis sit interrogat, qui probe ipsum noverat, vi, 230. Contra eos qui dicebant Joannem Baptistam ignoravisse, quod Jesus pro hominibus moriturus esset, ideoque per discipulos interrogasse: *Tu es qui venturus es*, etc., *ibid.* 232.

Joannes Baptista primi adventus Christi præcursor, Elias secundi, vii, 5, 6. Joannem Baptistam Christus defendit, v, 239. Joannes Baptista cur Phariseos increpaverit, *ibid.* 359, 360.

Joannis discipuli Christo invidebant, vi, 152. Joannis Baptistæ animi magnitudo et libertas loquendi, *ibid.* 289. Joannes ab Herode metuebatur, *ibid.* 88.

Joannis Baptistæ discipuli in Christo scandalizabantur, vi, 232. Invidia quædam erga Christum moti, v, 400; vi, 228, 229, 230, 231. Joannes Baptista nece non læsus fuit, sed ii qui necem ipsi machinati sunt, vi, 358. Joannis discipuli post ipsius necem Christo magis hæserunt, *ibid.* 364. Joannes Baptista nullum signum fecit; sed a vita conspicuus fuit, *ibid.* 337.

Joannes Baptista Zachariæ filius non a semetipso, sed Deo movente ad baptizandum venit, v, 346. Ad baptizandum Joannes Baptista missus est, et venit in aqua baptizans, ut manifestaretur Christus, *ibid.* Advenit Joannes, nihil aliud agens, quam ut homines ad peccatorum

suorum cognitionem deduceret, *ibid.* Cur Joannes Baptista Elias esse dicatur, vi, 243, 244; vii, 5. Joannis Baptistæ cum Isaïa consensus, v, 349, 350. Joannis curante Christum prædicavit, *ibid.* 399.

Joannis Baptistæ et Christi idem scopus erat, vi, 245. Joannis Baptistæ vita quam sancta, *ibid.* 241.

Joannis Baptistæ vitæ asperitas, v, 351. Joannis Baptistæ prædicandi modus novus, *ibid.* 353. Joannis Baptistæ humilitas, *ibid.* 257. Joannes Baptista in quo Prophetis major, vi, 241. Joannes Baptista cur nullum signum fecerit, *ibid.* 400.

Joannes Baptista plus quam Propheta, quo nullus foeminarum natis major surrexit, nec humani cibi indiguit, qui non frumento, vino, oleo, sed locustis sylvestrique melle corporis vitam sustentaret, xxi, 237. Nulla re inferior fuit Angelis Joannes Baptista, idque virginittatis beneficio, *ibid.* 236. Joannes Baptista indutus tantum tunica pellicea, *ibid.* 283. Joannes Baptista, non pro negato idolis incenso, martyr occubuit; sed quia tentummodo reprehendit Herodem, decolatus est, xx, 357.

Joannem Baptistam imitari possumus, i, 167. Joannes, Zachariæ filius, decolatus, ii, 366. Joannis Baptistæ constantia ubique terrarum celebratur, xxi, 501, 502. Joannes pauper, solitudinis inquilinus, solus et primus omni libertate tyrannum arguit, et adulterinas nuptias detexit, et præsentibus omnibus ac audientibus pronuntiata sententia eum condemnavit, xix, 61. Joannem Christus Heliam appellavit, non quod Elias esset Joannes, sed quod in spiritu Eliæ et virtus evenisset, xi, 312. Martyr et Martyrum primus Joannes Baptista, xxiv, 21.

Joannes vel in carcere molestus erat Herodiadi, xii, 50. Joannes baptizatus est a Christo, ut dicitur in secretioribus libris, vii, 486. Joannes Baptista missus est ad baptizandum, non tamen propter necessitatem dandi baptismatis, sed ut per occasionem ad baptismum venientibus, præsentiam Filii Dei in corpore prædicaret, *ibid.* 473. Joannes quidem baptizavit Jesum in aqua, Jesus autem Joannem baptizavit in Spiritu, *ibid.* 486.

Vide notam (10) *ejusdem voluminis*, 495.

Joannes Baptista cæteris Sanctis æqualis est, VIII, 248. Joannes Baptista et Jacobus capite truncati, XVIII, 495. Joannissepulcrum manifestum erat, *ibid.* 482. Joannis baptisma quid esset, XII, 450.

Joannes Baptista vidit hominem (Herodem nempe) nuptiarum leges subvertentem, et cum fiducia in medio foro dicit: *Non licet tibi habere uxorem Philippi fratris tui*, XXII, 77. Joannes martyr fuit, *ibid.* Non sacrificare jussus fuit, neque idolum adorare, sed pro sacris legibus temeratis caput deposuit, *ibid.* *Vide BAPTISTA.*

JOANNES Evangelista sublimiora loquebatur, VII, 276. Joannes non cæteris modo Apostolis, sed etiam fratre suo Jacobo major, VI, 176. Joannes Evangelista Petro primas cedit, VII, 106.

Joannes quod valde diligeretur ideo præminebat, VI, 452. Joannes Evangelista quantum philosophetur, *ibid.* Joannes Evangelii scribendi causam tacuit, V, 226. Christo movente scripsit, *ibid.* 226. Cæteris sublimior, *ibid.*

Joannes Evangelista in vivis erat cum Jerusalem excisa est, VII, 150. Joannes Evangelista multo post Jerosolymitanum excidium tempore vixit, *ibid.* 226. Cur illud non prædixit, *ibid.*

Joannes vas sanctum, qui supra pectus Domini recubuit, et divinos inde fontes hausit, XIX, 430. Joannes Evangelista discipulum quemdam juvenem postea latronum ducem revocat ad pristinam virtutem, XXI, 494. Joannes apostolus multoties mortuus, XI, 92.

Joannis Evangelistæ liber quanta cum attentione legendus, IX, 179. Joannes Evangelista quam sit a fastu alienus, X, 404. Joannes Evangelista columna omnium Ecclesiarum, cæli claves habet, IX, 162. Joannis Evangelistæ patria, *ibid.* 169. Joannes in principio pauper et illiteratus, *ibid.* Joannes Evangelista mediam tenuit Asiam, *ibid.* 170.

Joannes cur cæteris timentibus in sinu Christi recubat, X, 252, 253. Joannes sublimior, Petrus serventior, *ibid.* 395. Joannes Apostolus cur a Christo tam dilectus fuerit, IX, 428, 429. Joannes

solus Evangelistarum ab æterna Verbi generatione Evangelium suum orditur, *ibid.* 195, 196. Ejus Evangelii dignitas, *ibid.* 161.

Joannes tonitruï filius, I, 44. Joannes Evangelista sublimiorem doctrinam tradit, quare, *ibid.* 53. Joannes, quia perfectiores habuit discipulos, universam creationem commemoravit initio sui Evangelii, II, 392, 393.

Joannes Evangelista et Paulus perfectiora quam Moyses tradidere, I, 44, 45. Joannes tonitruï filius, IV, 314. Joannis secundam et tertiam Epistolam non inter canonicas quidam computabant, X, 451.

Joannes Evangelista Christo admodum charus, XXII, 433. Joannes Evangelista Evangelium suum non produxit usque ad assumptionem Domini, XI, 367. Joannes Salvatorem ad stagnum Tiberiadis apparuisse narrat; hic stetit, nec memoravit assumptionem, *ibid.*

Joannes Evangelista Ephesum relegatus, illic obiit, XVI, 121.

JOANNES CHRYSOSTOMUS epistolas multas Theodoro hortatorias scripserat, XXI, 450, 451. Ἀντιόχειος ab eo postulat, *ibid.* Joannes Chrysostomus. *Vide CHRYSOSTOMUS.* Joannes Chrysostomus in throno sedebat episcopus. *Vide CHRYSOSTOMUS.*

JOANNI Jerosolymitano episcopo epistola Chrysostomi, XXIV, 212.

JOANNES presbyter litteras Chrysostomi defert ad Innocentium papam, XXIV, 11. Joannes presbyter pro Chrysostomi causa vexatur, *ibid.* 292.

Joannes presbyter ad prædicationem Evangelii in Phœnicia destinatus ab Alaphio, *ibid.* 149. Illo mittendus secundum Chrysostomi sententiam, *ibid.* 175. In Phœniciam prædicandi Evangelii causa proficiscitur, *ibid.* 182. Joannes presbyter missus a Chrysostomo ut Evangelii præcones in Phœnicia hortaretur, *ibid.* 256.

JOANNES comes thesaurorum, XXV, 422.

JOB. Jobi originem ab Esaü deducit Chrysostomus. Hæc est veterum recentiorumque multorum opinio, illum Jobab qui inter Esaü nepotes fertur, esse Jobum, XIX, 284, 521.

Job ante certamina jam exercitatus erat, *vi*, 199, 200. Job quam sollicitus esset erga filios et de servanda castitate, *ibid.* 200. Jobi virtus, *ibid.* Nihil sciebat de regno cœlorum et de resurrectione, *ibid.* 291. *Vide notam* (8) *ejusdem voluminis*.

Jobi bona egenis erant communia, *vii*, 208, 209. Job dives erat, sed non serviebat Mammonæ, *vi*, 38. Jobi cautio circa virginum aspectum, *v*, 459. Job in tentationibus splendidior, *ibid.* 392.

Job nec præsentibus hærebat, nec illa ablata quærebat, *vi*, 370. Job pro occultis peccatis sacrificabat, multo magis pro manifestis, *ibid.* 298. Job non acta modo, sed etiam cogitationes filiorum purgabat, *vii*, 344.

Jobi armenta et pecora, cur Deus permiserit a diabolo necari, *vi*, 134. Jobi virtus in repellenda uxore, *ibid.* 202. Job maledictis amicorum magis turbatus est, quam ærumnis, *v*, 418.

Job omnes diaboli impetus excepit, illasque mansit, *vi*, 84. Jobum in fine calamitatis magis exercuit Deus, quare, *ibid.* 378. Job ex ærumnis magis clarnit, *v*, 337.

Job non minor Apostolis, *vi*, 202.

Job Abrahami nepos, *xi*, 174. Ejus cura et sollicitudo erga filios, *xxi*, 107. Job propter calamitatem iniquitatis accusatus, *xi*, 154, 155. Jobi patientia in exemplum affertur, *xx*, 350.

Job ne respicere quidem virginem ausus, *xxi*, 301. Job uxori, quæ verba diabolica suggerebat, ratiocinationibus reluctabatur, illamque increpabat, dicens: Quare tanquam una stultarum mulierum locuta es? Si bona suscepimus de manu Domini, mala non sustinebimus? *xx*, 166. Job, passus sibi ab uxore persuaderi, blasphemare in Deum potuisset, et qua urgebatur calamitate liberari; verum cruciari maluit, et macerari, plagamque intolerabilem ferre, quam blasphemare et malis præsentibus eximi, *ibid.* 218.

Jobi hospitalitas, *xi*, 174. Jobum diabolus, non pauperem facere, sed a pietate deturbare volebat, *xix*, 438. Job ab Esaü originem ducit, *xxi*, 375.

Jobo exprobravit diabolus præsentem felicitatem, *xxii*, 66. Ideo illum Deus in

ærumnas incidere permisit, *ibid.* 67. Cum prospere ageret Job, ejus virtus non multis nota erat, *ibid.* Cur non ipse Deus Jobum percussit, sed diabolo tradidit percutiendum, *ibid.* Job varias sustinuit tentationes, *ibid.* 124, 125. Tentationes splendidiorem venerabilioremque eum reddiderunt, *ibid.* 123.

Jobi patientia et gratiarum actio, *xxii*, 72, 73. Job postquam omnia amiserat, fortior fuit, *ibid.* 98. Job omnibus amissis in fimo sedebat, *ibid.* 79. In fimo nudus sedebat Job, innumeris mortibus sustinens vitam, tamen superavit, et quia pietatem non abiecit, omnia cum majori copia rediere priora, corporis sanitas et species, omnis filiorum cœtus, possessiones omnes, et quod omnium maximum, splendida patientiæ corona, *ibid.* 131, 132.

Job plagis acceptis victor, *xxii*, 137. Jobi splendida victoria, *xx*, 45. Job in stercore justificatus est, *xxi*, 609. Jobi fimo omni throno regio venerabilior, *xxii*, 135. Ex fimo Job viso omnem possumus capere utilitatem et disciplinam multam et exhortationem ad patientiæ rationem, *ibid.* Jobi amici cum silentio calamitatem ejus respiciebant, *ibid.* 219. Jobi patientia omnibus consolatio esse potest, *xx*, 45, 46, 47, 48, 49. Paupertas extrema, *ibid.* 49, 50.

Jobi simum visuri multi in Arabiam peregrinabantur, *xxii*, 136. Jobi ulcera gemmis clariora, *ibid.* Job exemplum patientiæ, *ibid.* 118. Jobi patientia, *xxiv*, 48. ejusque multæ calamitates, *ibid.* 49, 50. Jobi virtutes, *ibid.* 72. Job magnus patientiæ pugil, *ibid.* Jobo nihil morbo acerbius, *ibid.* 93, 94.

Job dives et pauper, gloriosus et vilis, pater et orbis, *xxiii*, 97. Illustrior in adversis, quam in prosperis, *xxiv*, 73, 74.

Job resurrectionem non noverat, *xxiv*, 50.

Job justus erat, id est, omni virtute præditus, *iii*, 11. Jobi constantia, *ibid.* 60. Job divitiis recte utebatur, erat enim oculus cæcorum, pes claudorum, pater egenorum, *ibid.* 349. Jobo uxor insidiabatur, non propter peccata, *ibid.* 6.

Beatus Job in sterquilinio sedens, vulnere sanie exulceratus, innumerabilibus

scatens vermium fontibus et illa indignissima patiens, ut qui a servis conspueretur, eique ab amicis et ab inimicis, et ab uxore insidiæ tenderentur, et ad inopiam, famem et immedicabilem ægritudinem illam esset reductus, erat omnium beatissimus, *III*, 38. Deus ipse ei benedicebat illum vocans hominem a reprehensione alienum, justum, verum, pium, ab omni re mala abstinenter, *ibid.*

Job ad paupertatem, orbitatem, ad ulcerareductus, omnium beatissimus, *III*, 637. Job propter calamitates ut noxius accusabatur, *ibid.* 93.

Job sexcentis coronis redimitus, *XIV*, 492. Jobi patientia pluribus exprimitur, *XIV*, 493; *XV*, 194. De Jobi uxore multa, *XIV*, 493, 496.

Job vicit diabolum, *XIV*, 326. Jobi quanta patientia, *XVI*, 307. Job liber sic inscriptus est, quia ejus historiam complectitur, nempe quæ perpeßus sit tentatus a diabolo, et quomodo vicerit, illatasque plagas pie toleraverit, damnumque omnia duplicia receperit, illustriorque, quam antea, factus sit, *XIX*, 346 usque ad 337. Job libri auctorem quidam dicebant esse Moysen, alii Salomonem, *ibid.* 347.

Job paupertatem bene tulit, *IV*, 343. Jobo nihil nocuere calamitates, *ibid.* 424.

Job vere homo, *I*, 326. Hoc nomen illi pro summo encomio contigit, et præ aliis hoc nomine prædicatur, *ibid.*

Beatus Job, ille pugil pietatis, athleta orbis, qui solus incurabilia illa sustinuit, et acceptis innumeris a diabolo telis, vulnus non accepit; sed sicut adamas quidam omnes impetus ferre potuit, et prævaluit, et multo clarior evasit, *ibid.* 327. Job a Deo ipso laudatur, *ibid.* Job multis salutis auctor fuit, *II*, 82.

Jobi uxor a diabolo immissa, ut gravius tentaret illum, *V*, 93. Jobi humilitas, *ibid.* 33. Jobi virtus quanta, *ibid.* 28.

JOBAB. *Vide* Job initio.

JOBEL pater habitantium in tabernaculis pastorum, *I*, 270, 271.

JONAM inter et Christum discrimina, *VI*, 304. Jonas cur fugit, *V*, 213, 216. Jonæ fuga nihil profuit, *XXII*, 130. Jonas vectores in extremum periculum deduxit, *ibid.* Vectores Jonam in mare de-

jecerunt, et stetit navigium, *ibid.* Jonas fugiebat terram, iram autem Dei non ef-fugiebat, *ibid.*

Jonam mare Deo obsequens persequitur, *XXI*, 331, 332. Cur eum in Barbaros, mites tamen et æqui amantes, incidere permisit Deus? Uteum benignitatem doceret, *ibid.* 333. Jonas ex mœrore mortem optat, *XXIV*, 70.

JONATHAS Davidem dolo et manu patris eripuit, *XX*, 403, 404. Jonathæ cum Davide amicitia, *V*, 72. Jonathas filius Saül diligebat David vehementer, *ibid.* 142.

JORDANIS fluvius Judææ. Historia sacra tradit et divisum fuisse in exitu Hebræorum mare Rubrum, et Jordanem fuisse retro conversum, quando arca transivit, *III*, 367.

JOSAPHAT vallis ubi judicium Dei erit, *VIII*, 61.

JOSEPH Jacobi filius patiendo vicit, *VII*, 323. Josepho non nocuere fratres, *VI*, 423. Joseph fortissimus voluptatem tyrannicam calcavit, et barbaram illam mulierem multas admoventem machinas repulit, *ibid.* 202.

Josephus innumera passus a fratribus, beneficiis ipsos cumulavit, *VII*, 63. Joseph ex ærumnis magis claruit, *V*, 337.

Joseph cur dicatur vir assequens, *II*, 313. Comitabatur Josephum divina gratia, et reddebat ei facilia omnia quæ gravia erant, *ibid.* Cur ab ipsis initiis Joseph invidiosus dicatur, *ibid.* 381.

Sane admirabilis Joseph et candidus nesciens malum fratrum suorum consensum, tanquam cum fratribus cum eis loquebatur, et insonnia ipsa quæ sibi Deus revelaverat, præsignando gloriam sibi obventuram et fratrum subjectionem, in medium proponebat, *ibid.* 298. Joseph venditus Ismaëlitis, *ibid.* 303. Joseph figura Christi, *ibid.* 300, 301.

Joseph pulcher ab uxore heri sui tentatus, *II*, 313. Ejus castitas, *ibid.* et seqq. Josephi continentia comparatur cum Babylonica fornace, *ibid.* 109. Josephi religio et pietas, *ibid.* 332, 333. Josephi virtus admirabilis, *ibid.* 330.

Joseph in carcerem conjectus præfectum carceris sibi conciliavit, *II*, 321. Joseph interpretes somniorum, *ibid.* 324, 325, 326, 327. Joseph in mercedem

patientiae ad regia palatia ascendit, *ibid.* 332.

Joseph Psomthomphanec, id est, occultorum cognitor, dictus ab ipso Pharaone, *ii*, 329. Hac appellatione sapientiam Josephi perpetua memoria testatam esse, *ibid.* Pharaon ut accumularet Joseph honorem, dedit ei filiam Petephrae in uxorem sacerdotis Heliopoleos, *ibid.* Joseph obliviscitur injurias, *ibid.* 323. Josephi clementia erga fratres, *ibid.* 335. Qui ipsum non agnoverunt, *ibid.* 334, 335. Fratres Josephi peccatum suum agnoscunt, *ibid.* 337.

Joseph praevidet redituros Hebraeos in terram promissionis, *ii*, 385, 386. Mortuus est Joseph annos habens centum et decem, *ibid.* 386. Illius annos Scriptura significavit ut disceretur quot annis Aegypti principatum tenuerit, *ibid.* Joseph septem et decem annorum erat cum veniret in Aegyptum; et triginta annorum factus comparuit coram Pharaone, et interpretatus est somnia; deinde octoginta annis toti terrae Aegypti praefuit, *ibid.* Vendiderunt olim fratres Josephum, nihil quidem habentes quod incusarent, sed quoniam viderat somnia ipsi gloriam venturam portendentia, *xi*, 23.

Joseph promissis semper credidit, *xx*, 74. etiam in omnibus adversis. *ibid.* Ejus captivitas quot bona peperit, *xi*, 213, 214. Josephi invidia regnum peperit, *ibid.* 214.

Josephi fratres quae contra illum machinati sunt, eadem et ipsi sunt passi, *iii*, 112. Joseph insons a fratribus impugnabatur, *ibid.* 6. Josephum nihil laeserunt fratres, ipsi soli mala hauserunt, *iv*, 73. Joseph filius Jacob in ærumnis beatus, *iii*, 637. Joseph servus tamen liber, *ibid.* 337.

Josephi juvenis moderatio, *xxiv*, 87, 88. Ejus virtus celebratur, *ibid.* 89. Joseph ob calamitates clarus, *ibid.* 79. Ejus ærumnae, *ibid.* 80, 82. Josephi exemplum castitatis quam utile, *xxii*, 504. Josephi historia pluribus descripta, *ibid.* 465, 466.

Josephi Jacobi filii historia, castitas, virtus, *xviii*, 144. Princeps erat Joseph et in carcere imperabat, ut in domo, *ibid.* 145. Joseph Jacobi filius cum magis urgeretur, magis sustinebat, *ibid.* 166.

Magnum affert nobis exemplum patientiae beatus ac strenuus Joseph, qui castitate fulgens, non minus patientia resplenduit, *x*, 250. Venditus est Joseph cum nullum e fratribus læsisset, imo etiam servilia omnino præstitisset, ipsi convivium intulerunt, nec se ultus est, licet patrem secum haberet, *ibid.* Sed abiit cibum asserens illis in desertum, et cum non inveniret eos, non maledixit, neque reversus est, etiamsi ansam arripere posset si voluisset, sed erga illas feras, erga illos immanes, fratris semper affectum servavit, *ibid.* Joseph in carcere constitutus, et causam rogatus, nihil mali de fratribus locutus est, *ibid.* Joseph quando rex effectus est, non modo non ultus illos est, sed etiam a peccato illos, quantum in ipso erat, liberavit, dum rex gestam Dei providentiam vocavit, non illorum nequitiam, *ibid.* 250, 251.

Josephi filii Jacobi virtus et constantia, *iv*, 263, 264. Josepho nihil servitus nocuit, *ibid.* 424. Josephi continentissimus, *v*, 23.

Josephi Jacobi filii pudicitia in exemplum adducitur, *xiv*, 536. Josephus Jacobi filius in carcere liber erat, *ibid.* 361. Josepho jucundior erat carcer, quam domus ubi a domina sua ad adulterium provocabatur, *xiii*, 29. Josephi castitas, *xvii*, 204.

Joseph cur reliquias suas transferri voluerit, *xxiii*, 509. Revera ne ab Aegyptiis post mortem ut Deus coleretur, *ibid.* 510.

JOSEPHI, non Mariae, genealogia ducitur, quare, *v*, 248. Josephi generatio cur textur in ortu Christi, *ibid.* 241, 242, 243. Josephi de Virgine Maria suspicantis moderatio, *ibid.* 268. Joseph Mariam nunquam cognovit, *ibid.* 286. Josephi Mariae sponsi virtus, *ibid.* 265. Joseph multam ostendit philosophiam, *ibid.* 266. Josepho cur in somnis, non aperte, apparet Angelus, *ibid.* 267, 268. Joseph vir fidelis Angelo credit, *ibid.* 325. Josephi obsequentia, *ibid.* 285. Joseph cur ad Esaïam remittitur, *ibid.* 283. Joseph cur Christo nomen imponit, *ibid.* 270. Christo patris loco fuit, *ibid.*

Joseph beatæ Mariæ Virginis sponsus

videtur mortuus ante ascensionem Domini, xii, 39.

JOSEPH Barsabas non doluit quod electus non esset, xii, 38, 42, 43, 50, 51.

JOSEPHUS historicus Judaicorum rituum cultor ferventissimus, vii, 224. Josephi scriptoris historia de bello Judaico, *ibid.* 217.

Josephus historicus Herodis vitam refert in sua historia, v, 336. Josephus scriptor ex nece Joannis Baptistæ bellum ortum narrat, illiusque neci Metropoleos excidium ascribit, ac longo sermone laudes ejus prosequitur; ut Judæos pudore suffundat, Prodromi testimonium illis frequenter commemorat, ix, 260. Josephus historicus dixit quosdam Angelos qui apud Judæos manebant, se inde migraturos esse significavisse, nisi resipiscerent, x, 205. Josephus, cap. V de Bello Judaico, inter alia signa futuri Jerosolymam excidii hoc refert: « Deinde vocem repentinam auditam fuisse dicentium: *Hinc migremus*, » x, 526. Hoc respicere videtur Chrysostomus dicens: Josephus dixit quosdam Angelos, qui apud illos manebant, se inde migraturos esse significasse, nisi resipiscerent, *ibid.* 205, 526.

Josephus historicus Testamentum Vetus velut paraphasi explicavit, xx, 285, 286. Josephi locus et historia Mariæ cujusdam, quæ in fame filium comedit, xxi, 13, 14, 15. Ejus locus, xx, 286. Alter locus, *ibid.* 288.

Josephus scriptor de excidio Jerosolymitano, xii, 62. Narrat Josephus historiam Apostolorum, xii, 168. Josephus historicus mortem Herodis narrat, *ibid.* 319.

Josephi liber de excidio Jerosolymitano, xxii, 532, 533.

JOSUE multa passus, xx, 140, 157. Josue seu Jesus filius Nave post Moysen Judæorum dux constitutus, in terram promissionis illos introduxit, terramque per sortes duodecim tribubus divisit, xix, 272. Josue mortuo, republica Judæorum in aristocratiam versa est, et tribus imperium moderabatur, *ibid.* Synopsis libri Josue, *ibid.* 306, 307, 308, 519.

JOSIAS ne decem quidem annos natus, in solium regni ascendit, tuncque flore-

bat; sed postea tantillum delapsus in ignaviam, virtutem animi labefactavit, iv, 263.

JOTHOR socer Moysis, barbarus et impius consilium bonum dat Moysi, xiii, 132, 134.

JOVIANUS domesticorum insidiis periit, xxi, 254. Joviani uxor pupillo Varro-niano filio timebat, *ibid.*

JOVIS sepulcrum Cretenses habebant ita inscriptum: *Hic jacet Jupiter, quem Jovem vocant*, xviii, 129. Dixit poëta Cretenses mentiri cum dicerent Jovem esse mortuum, *ibid.* De Jove dixit Aratus poëta: *Jove plenæ sunt viæ, plenum mare... ipsius enim et genus sumus*, *ibid.* 130. Quid putans ait de Jove Paulus sanctus, *ibid.* 129, 130. Vide JUPITER. Jovem esse qui pluit poëtæ dixerunt; at illum etiam dixerunt adulterum, prædonem, parricidam, et ei alia non minora crimina ascripserunt, iii, 37.

JUBAL demonstravit psalterium et citharam, i, 271.

JUBILUS et plausus militum in procinctu, iii, 290.

JUDÆÆ mulieres ob nimium ornatum maximas subire pœnas, patria a fundamentis excisa, et post tantam voluptatem, servæ, captivæ et extorres in alienam regionem abductæ sunt, ac fami, pesti, milleque mortibus traditæ, iv, 278.

JUDÆI. Judæorum genus constitutum est, quod nomen accepit a tribu Juda omnium præcipua et regia, unde reges exorti sunt, xix, 274. Judæis sacrificia cur Deus præceperit, xx, 258. Judæi quam ingrati erga Moysen, *ibid.* 137, 138, 139. Judæorum ingratus animus, *ibid.* 302, 303. erga Prophetas, erga Apostolos, erga Doctores, *ibid.* 336. Judæos ingratos fore prædictum est a Prophetis, xi, 437.

Judæis cur Deus terrena promittebat, xxi, 197. Judæis cur raro Filius Dei a Prophetis memoretur, xix, 445. Judæis Jerosolymæ solum Pascha celebrare licebat, xx, 235.

Judæis non modo tempus, sed etiam locus secundum legem observandus, xx, 253, 254. Judæorum inconstantia in lege servanda, *ibid.* 252. Extra patriam

ne psallere quidem audebant, *xi*, 467.

Judæorum reges instantibus malis ad Elisæum confugiebant, *xxi*, 117. Judæis omnia sublata, altare, arca, tabernaculum, *xx*, 261. Judæi miseri, qui tot bona sibi cœlitus tradita repudiaverunt, *xx*, 361. In adoptionem vocati, in canes degenerarunt, *xx*, 200, 201, 202. Duri cervice, *ibid.*

Judæi judicium extremum credunt, *xi*, 209. Judæorum tres servitutes, Ægyptiaca, Babylonica, sub Antiocho, *xx*, 273, 276, 277. Judæorum servitus Ægyptiaca duravit quadringentis annis, *ibid.* 276, 277. Judæorum dispersionem prædixerunt Prophetæ, *xi*, 440. Eorum ejectio prædicta a Prophetis, *ibid.* 444, 445. Judæorum postrema captivitas nunquam finem habitura, *xx*, 301, 302.

Judæos incredulos futuros esse prædictum a Prophetis, *xi*, 443. Judæicarum item rerum finem fore prædictum a Prophetis, *xx*, 294, 295. Judæi nec mortuos excitatos videntes, crediderunt, *xi*, 206, 207. Judæi non crediderunt, et Gentiles crediderunt, *xi*, 453. Judæi Christum impostorem dicebant, *xx*, 303, 304.

Judæi ante Christum de resurrectione non philosophabantur; *hoc minus verum est*, *xi*, 160.

Judæorum calamitas, quod christianæ prædicationi obsuerint, *xxi*, 13, 14. Eis causa una malorum Christi nex, *xx*, 303. Judæi regis cœlestis venia frui noluerunt, *xx*, 223.

Judæi extra templum nec aram nec sacrificia habere poterant, *xi*, 466. Non licet ipsis legem extra Jerosolymam legere, *xx*, 319, 320. neque jejunare, *xx*, 264, 265. Judæorum sacrificia abolita, *ibid.* 229. Judæi non amplius azyma nec Pascha habent, *ibid.* 235. Jumentum fregerunt, *ibid.* 203.

Judæi libros Veteris Testamenti apud se servant, *xi*, 454, 455. Ideo magis culpandi quia libros Scripturæ habent, *xx*, 210.

Ex Judæis sancti ritus legales extra Jerosolymam non observabant, *xx*, 256, 257. Judæi strictius locum celebrandi Paschatis observare debent, quam tempus, *ibid.* 253, 254, 255.

Judæi scrupulosius sabbatum serva-

bant, *xi*, 35. Christum oderant, quod in sabbato curaret, *ibid.* 37, 38.

Judæorum scelera, *xx*, 213, 214. Judæorum jejunium immundum, *ibid.* 221. Judæi jejunantes legem ignominia afficiunt, *ibid.* 252, 253. Eorum jejunium ebrietate fœdus, *ibid.* 338. Judæi jejunantes nudis pedibus in foro saltabant, *ibid.* 204, 208. Cum Judæis jejunantes Chrysostomus ab Ecclesiæ aditu arcet, *ibid.* 208. Cum Judæis jejunare quantum malum, *ibid.* 209. Judæorum jejunia intempestiva et abominanda, *ibid.* 203, 204.

Judæi sabbata mendacia colebant quomodo, *xx*, 146. Judæi tympanis, cythara, psalteriis et aliis organis ferias agebant, *ibid.* 214, 215. Judæorum feriæ damnandæ, *ibid.* Judæorum omnia religionem spectantia sublata, *xi*, 468.

Judæi ebrii non sentiunt ebrietatem, *xx*, 337, 338, 339. Tempore Chrysostomi a nefario sanguine abstinebant, sabbata servabant, et tamen reprobi quia occiderant Christum, *ibid.* 304, 305. Judæos a Christianis odio haberi par est, quia illi Christum occiderunt, *ibid.* 216. Judæi mulcantur, quia Christum non susceperunt, *xi*, 448.

Judæos meliores reddidit christiana fides, quomodo, *xx*, 446, 447. Judæi scrupulosius legem Moysis observant, *xx*, 464. Apud Judæos sacerdotes esse non possunt, *ibid.* 321, 322.

Judæici ritus abrogati, *xx*, 319. Judæorum festa, *ibid.* 200. Judæi scortis comparati, *ibid.* 204, 205. Æque impii atque Græci, *ibid.* 212, 213. Imo magis impostores, quam illi, *ibid.* Ut communis lues fugiendi, *ibid.* Judæi magnificentiam de dæmonibus habebant opinionem, *ibid.* 270.

Judæos sancti Spiritus gratia deseruit, *xx*, 316, 317. Eorum conventus vitandi, *ibid.* 298. Judæi lupis omnibus sæviores, *ibid.* 245. Incantationibus, amuletis, veneficiis ad curandos morbos utebantur, *ibid.* 349.

Contra Judæos conciones, cursum concionum contra Anomæos intercipiunt, *xxx*, 397.

Judæi arcam, tempore Chrysostomi, se habere jactitabant, *xx*, 315, 316. Crapulae, ebrietati et tripudiis vacant,

xi, 412: Tempore Chrysostomi pecunia pollentes, *ibid.* 466.

Judæi stupratas mulieres, choros mollium, homines scenicos ac theatrum universum ad synagogam pertrahebant tempore Chrysostomi, xx, 204. Terriculis Christianos movebant, *ibid.* 207. Eorum reprobatio ex Prophetis probatur, *ibid.* 308, 310.

Judæi non modo ob crucifixum Christum, sed etiam ob prohibitum Evangelium pœnis affecti, xxi, 15. Judæi impudentes et audaces, xi, 466. Multi in Palæstina, in Phœnicia et ubique, *ibid.*

Judæorum anima habitaculum dæmonum, xx, 207, 213, 227. Judæorum calamitas sub Vespasiano et Tito, omnem excedit calamitatem, xi, 448. Judæi adversus Romanum imperium bellum susceperunt, *ibid.* 469. Sub Constantino templum restaurare frustra aggreuntur, xx, 292. itemque sub Juliano, *ibid.* 293, 300, 301.

Judæi ne templum restaurarent a vicinis olim prohibiti, xxi, 3, 4. Sed frustra, *ibid.* Sed Juliani tempore templum restaurare non potuerunt, xi, 466.

Judaici ritus non observandi, xx, 243. Judæorum instituta vitare debent Christiani, *ibid.* 250, 251. Judæicæ observationes non magni momenti, *ibid.* 256, 257.

Judæicæ imbecillitatis erat ciborum delectum habere, xxi, 233.

Judæi ter in anno Deo apparere debebant, xi, 385. Judæos Deus ab Ægyptiis male accipi voluit, ut eos in terræ promissionis amorem induceret, xxi, 163. Judæis Deus antiquitus dux erat bellorum, *ibid.* 264, 265. Judæorum ingratus animus, xxi, 603.

Judæi Sodomitæ appellati, *ibid.* 605, 606. Judæi jejuniis nihil profecerunt, xxi, 107.

Judæis non licebat Pascha extra Jerusalem celebrare, xi, 108. Pascha Judæorum non est amplius, xi, 122; xxi, 599, 600. Judæorum Pascha impugnat Chrysostomus, xi, 106, 121, 122.

Judæorum lavacri a lavacro Christianorum discrimen, xx, 361. Apud Judæos virginēs quadraginta diebus Jephthæ filiæ cædem deplorabant, xxi, 263.

Judæi et Gentiles ipsi indignati de expulsionem Chrysostomi, xxi, 8.

Judæi quanta Dei providentia fruebantur, xx, 188. Judæi cur dispersi per orbem, *ibid.* 550, 551. Judæi tempore Christi suis legibus utebantur, xxi, 7. Judæorum in Christianos immanitas, *ibid.* 7, 8.

Judæi pontifices venales habebant, xi, 491. Judæorum diligentia circa sabbatum, xxi, 19. Judæorum ritus quidam, xi, 484, 485.

Judæis pejores sunt qui absunt ab ecclesia, quomodo? xi, 484.

Judæi confutantur dicentes illud: *Faciamus hominem*, ad Angelum dictum esse, i, 113; xi, 400, 401. Judæi dicebant vesperam esse initium sequentis diei, i, 82.

Judæi Mosi se credere dicunt, sed mentiuntur, xi, 400. Judæi in umbra degebant, *ibid.* 293. Judæi umbræ assident, et lucernæ addicti sunt, i, 82, 157, 158.

Judæi insani circumcisionem servant, xi, 117. Judæi se filios esse Abraham gloriabantur, i, 470.

Judæi captivi a Cyro dimissi, redierunt ducibus Esdra, Nehemia et Zorobabele, xix, 273. Hunc reditum describit Esdras, et quomodo reversi templum denuo construxerint, urbemque reedificaverint, *ibid.* Cyrus rex Persarum, a Deo jussus est et dispositus ut Judæos captivos dimitteret, *ibid.*

Judæi sebricitantes petunt deos, i, 17. Judæi pigri negligentes, aures non præbebant Prophetis, *ibid.* 381. Judæi ab Ægyptiis liberati graviore bello vexabantur, arrogantia et socordia, *ibid.* 157. Judæi ex miraculis nihil emolumenti retulerunt, *ibid.* 288. Judæi quod genus bonorum accipiebant, *ibid.* 35. Judæi per captivitatis remedium idololatriam vitarunt, *ibid.* 614. Judæi in afflictione boni evadebant, *ibid.* 599. Judæi lupis immaniores, *ibid.* 203. Judæi vitulum constantes cur alii puniti sunt, alii minime, *ibid.* 65. Judæorum tanta nequitia, ut sanctissimorum hominum preces nil juverint, *ibid.* 323, 324. Judæi impudentes adversus veritatem, *ibid.* 119. Judæus sublati de

Christo prophetiis subvertit maximam partem prophetiarum, *ibid.* 472.

Judaici populi electio a Deo facta, *iv*, 20.

Judæi crassiores a cultu idolorum non erant liberi, *iii*, 373. Judæorum tribus confusæ, *ibid.* 125. Judæi multa passi ob improbitatem, *ibid.* 574. Judæorum transmigrationes tres, *ibid.* 627, 628. Judæorum conventus ter in anno, Pascha, Pentecoste, Scenopegia, *ibid.* 606, 607.

Judæi quot beneficia a Deo acceperunt, *iv*, 181. Judæorum carnalitas, *iii*, 547.

Judæi dicebant illud, *Dixit Dominus Domino meo*, vel de Abrahamo vel de Zorobabele intelligi, *iii*, 469. Alii de populo dicta fuisse aiebant, etc., *ibid.* Cum Judæis quidam magnam affinitatem habebant, quos alloquitur Chrysostomus, *ibid.* 473. Judæorum libri nostri sunt, *ibid.* 247. Judæi inimici nostri libros nobis servant, *ibid.* Judæi per Psalmum, *Dixit Dominus*, confutantur, *ibid.* 469. Judæi Christum expellebant ut inimicum, *ibid.* 122, 126, 127.

Judæis præcipitur ut Deum laudent cum omni instrumentorum genere, *iv*, 217.

Judæi misericordiam non accipiunt, *iii*, 53. Judæi confutantur, *ibid.* 121. Judæi Apostolos vexantes malis sese implicabant, *ibid.* 159. Judæi dicebant se Christum crucifixisse ut deceptorem et præstigiatores, *ibid.* 123.

Judæi post Christi mortem miserabiliores, *iii*, 123. et si minora alioquin scelera perpetrassent, *ibid.* Judæorum nullæ certæ sedes, *ibid.* Plexi quia Dominum occiderunt, *ibid.* 125. Confutantur, *ibid.* 127, 128. Dispersi sunt quod Christum occiderint, *ibid.* 129. Judæi cur vere dispersi fuerint, *ibid.*

Judæi quod Christum crucifixerint in calamitates inciderunt, *iii*, 150. Judæi dicebant se disjectos esse ut essent orbis terræ doctores, *ibid.* 127. Judæorum res quotidie peiores fiunt, *ibid.* 131. Judæi Prophetas non ultra habent, *ibid.* 125. Judæi in judicio cur Christum interfecerint, dicere non poterunt, *ibid.* 379, 380.

Judaïca gentis origo, *i*, 477. Judæo-

rum aristocratia, *ibid.* 476. Judæos Deus in tristibus multo tempore relinquebat, ut liberati postea eorum memores et grato animo essent erga beneficium, *ibid.* 137.

Judæi occisis Prophetis impleverunt mensuram Christum occidentes, *i*, 272. Judæis ingratis quot quantaque beneficia Deus præstiterit, *ibid.* 374. Judæi valido telo impetuntur, *ibid.* 60.

Judæi præsentibus quæ Christus agebat non videbant, ea vero fidei oculi nec præsentia vident, *i*, 424. Judæi ex Scripturis impugnabantur, *ibid.* 184. Judæi insigni argumento confutantur, *ibid.* 63. Judæi confutandi, quomodo, *ibid.* 57. Judæorum objectioni circa vocem Emmanuel responsio, *ibid.* 53.

Judæi cur Sodomitæ pares scelere non paria passi sint, *ii*, 138. Judæi impugnantur, *v*, 284. Judæorum pertinacia, *ibid.* 377. Judæi cæcis pejores, *vi*, 170.

Judæi in quovis reipublicæ statu nullam virtutis curam habuere, *v*, 259. Judæorum sanguinarius animus, *vii*, 346.

Judæi incurabiles, *ibid.* 150. Improbi in peccatorum sensum non veniebant, *v*, 347. Judæi antequam ad montem et ad ignem accederent, triduo ab uxoribus abstinebant, *ibid.* 236.

Judæis nihil profuit Abrahamæ cognatio, *vi*, 293. Contra Judæos agitur, *ibid.* 245, 246. Judæi a Magis ediscunt, Magi a Judæis, *v*, 308. Judæi contentiosi, socordes, de Christo nato parum curantes, *ibid.* 300, 301. Judæi magis longe postponendi, *ibid.* 298, 299.

Judæos per parabolas Christus arguit, *vii*, 127. Judæorum fastum deprimit Christus, *vi*, 108.

Judæi cur non crediderunt voci dicenti, Hic est Filius meus dilectus, *v*, 377. Judæorum malus erga Christum animus, *ibid.* 308. Judæorum invidia et nequitia, *ibid.* 307, 308.

Judæorum ingratus animus, *vii*, 138. Judæorum durities, *ibid.* 139. Judæorum dominandi cupiditas et vanæ gloriæ amor, *ibid.* Judæorum scelera, *ibid.* 148.

Judæorum jactantia, *vi*, 404. Judæorum scelera et iniquitas, *vii*, 135, 136.

Judæi magnis onusti sceleribus de re quavis levissima cæteros accusabant, *vi*, 59, 60.

Judæis post necem Christi spes omnis præcisa, *vii*, 223. Judæorum post Christi cædem damnatio, *vi*, 306. Judæorum excidium ob Christum crucifixum accidit, *vii*, 225. Judæos omnes exterminari jusserat Cæsar, *ibid.* 215. Judæi cur omnium gravissima passi sint, *ibid.* 204.

Judæi graviora in Ægypto et ab Antiocho gravia passi, graviora Tito et Vespasiano ducibus sustinuerunt, *vi*, 306. Judæos perdidit ingratus animus, *ibid.* 97, 98.

Judæi sub Juliano Apostata cum Gentilibus juncti erant, *vi*, 307. Judæorum mala immota manent, *ibid.* 302.

Judæi nullam merentur veniam, *vii*, 135. Judæorum principes lupi, *vi*, 174, 175. Judæi cum diabolo constituti, *ibid.* 287. Judæi non pari conditione sunt ac Ninivitæ, *ibid.* 303. Judæorum adversarii Samaritani, *ibid.* 177.

Judæi confutantur, *vii*, 116. Judæi qui legem quotidie violabant, legis litteram tuebantur, *v*, 433, 434. Judæorum obstinatio, *ibid.* 310.

Judæi cura et honore culti contrariam vicem rependunt, *vi*, 403. Judæi crassiores, ostentis opus habebant, *v*, 223. Judæi a crapula et ebrietate in iniquitatem dejecti, *ibid.* 385. Judæorum variæ sectæ, *vii*, 162.

Judæis non licebat non modo ex alia tribu uxorem ducere, sed neque ex alia familia, *v*, 242. Judæos et Gentiles qui crediderint, unum esse futuros prædicatur, *vii*, 137, 138. Judaicas calamitates prædicat Christus, *ibid.* 223.

Judaicæ purgationes, *vi*, 418. Judaicum genus in Romano imperio perosum valde erat quod mille negotia faceretur, *vii*, 215, 216. Judaismus in quo continetur, *vi*, 391.

Judæi quam graviter plexi, *x*, 81. Judæorum vana religio, *ibid.* 355. Decimabant mentam et anethum, injuste occidentes, se contaminari non putabant, *ibid.*

Judæi putabant Christum Joanne Baptista inferiorem, *ix*, 286. Judæorum nequitia, *x*, 80. Judæorum amentia, *ibid.*

92. Quanta Judæi ignorantes fecerunt, ac si in tenebris ambularent? videbantur sibi recta incedere via, dum contraria procederent. Sabbatum servantes et legem ciborumque observationes, et nesciebant ubi ambularent, *ibid.* 227. Mens Judæorum interrogantium corrupta et subdola erat, *ibid.* 165.

Judæorum opera Abrahæ operibus contraria, *x*, 106. Judæi quasi ebrii de Christo loquebantur, *ibid.* 69, 70. Judæi Moysi non credebant, *ix*, 502, 503. Confutantur, *ibid.* 502, 503, 504. Judæorum ingratus animus accusatur, *ibid.* 233. Judæorum corruptum judicium, *ibid.* 187. Judæorum insidiæ contra Christum, *ibid.* 66.

Judæi Samaritanis postponuntur, *ix*, 440, 441. Judæi nec noverant, nec servabant legem, *x*, 85.

Judæi invidebant saluti Gentilium, *ix*, 235. Judæi carpuntur a Paulo, *ibid.* 236, 237. Judæi gentium saluti invidebant, *ibid.* Judæorum magna de Joanne Baptista opinio, *ibid.* 288, 289. Judæorum arrogantia et nequitia, *ibid.* 234. Judaicas observationes abrogat Christus, *ibid.* 271.

Judaicam vilitatem spectant præcepta legis, *xii*, 128. Judaicam purificationem cur Paulus subiit, *ibid.* 515. Judaicum erat caput tondere ex voto, *ibid.* 446. Judæorum tres sectæ, Phariseorum; Sadduceorum et Essenorum, *ibid.* 516, 517.

Judæi cur reprobat, *xiii*, 490. Judæi inexcusabiles sunt, *ibid.* 480. Judæi primi ad fidem accedere debuere ex Christi et Apostolorum sententia, *ibid.* 492. Judæorum cæcitas, *xii*, 474. Judæorum insipientia, *ibid.* 203. Judæorum impudentia et petulantia, *ibid.* 108. Judæorum contentio et fastus, *xiii*, 226.

Judæorum immitis consuetudo contra eos quos damuabant, *xii*, 514. Arrogantia Judæorum quanta, *xiii*, 236. Judæi resurrectionem credebant, *xii*, 124. Judæis nihil proderat tabernaculum, *ibid.* 198, 199. Judæi Moysi et legi adversantes, *ibid.* 205. Judæi dæmonibus ipsis ingratos, *ibid.* 463.

Judæorum desolatio unde orta, *xii*, 41. Judæi quadraginta pro Pauli cæde patranda jejunt, *xiii*, 24, 25. Judæi

quidam Paulum contemnebant et lacerabant, xv, 285. Judæos Paulus vocat circumcisionem, *ibid.* 558.

Judæi canes vocantur, xvi, 530. Judæus quandonam cum Græco conjungatur, *ibid.* 171. Judæorum doctrina, puerorum doctrina erat, xviii, 133. Judæi quomodo exciderint a testamentis, *ibid.* 168.

Judæi sacerdotibus dabant decimas, primitias, rursus decimas, et rursus alias decimas, et rursus alias decimas tertias, et siclum, nec apud illos erat quisquam qui diceret sacerdotes multa devorare, xvi, 521. Judæi quomodo omnibus hominibus adversentur, xvii, 180.

Judæorum benedictio non erat spiritualis, xvi, 123. Judaïca dupliciter fabulæ sunt, sive quod simulata sint, sive quod intempestive fiant; demum vere fabula sunt, xviii, 192.

Judæis exosus erat Paulus, xviii, 197. Cur Paulus Judæus ad Judæos missus non fuerit, *ibid.* 198. Judæos confutat Paulus, *ibid.* 227, 228. Judæorum in Apostolos sævitia, *ibid.* 200, 201. Judæorum sacrificia, quam infirma, *ibid.* 398, 399.

JUDAS filius Jacob ex Lia quæ, ait Scriptura, concepit et peperit filium, et dixit: *Nunc adhuc istud confitebor Domino, propterea vocavit nomen ejus Judam*, ii, 238. Ut autem peperit Judam, cessavit parere, *ibid.* Judas consuluit ut venderetur frater Joseph Ismaëlitis, quo eum posset eripere ab interitu, *ibid.* 303. Et probato consilio Judæ, eduxerunt eum de cisterna, et vendiderunt Ismaëlitis viginti aureis, *ibid.* Et vidit Judas hominis Chananæi filiam, quæ vocabatur Sava (in Vulgata Sue) et duxit eam, et ingressus est ad eam: et concipiens peperit filium, et vocavit nomen ejus Er, *ibid.* 307. Er istum, quia malus erat coram Domino, occidit Deus, et hoc Judam patrem ejus terrore percutit, *ibid.* 308. *Vide* ER, THAMAR, AUNAN, SELON. Aunan quoque mortuo, non ultra volebat Judas Seloni tertio filio Thamarem uxorem dare; Thamar vero ornata ut meretrix secus viam sedit; illam autem meretricem putans Judas, ingressus est ad eam, pignusque dedit illi, torquem et anulum et virgam, *ibid.* 308, 309. Ut vero re-

nuntiatum est postea Thamarem utrum gestare, jussit socer ejus Judas eam comburi. Illa vero misit dicens ex illo viro se concepisse, cujus esset annulus. Tunc ait Judas: *Justior est Thamar, quam ego*, *ibid.* 309, 310. Peperit ergo Thamar ex socero Juda filios duos Phares et Zaram, *ibid.* 310, 311, 312. Ut fames invaluit, cum instaret Judas Benjaminum volens abducere, se sanum et incolumem reducturum pollicitus, dimisit eum Jacob, ii, 340, 341; xix, 286. Jacob moriens filios benedixit; hæc est benedictio Judæ: « Juda, te laudabunt fratres tui: manus tua in cervicibus inimicorum tuorum; adorabunt filii patris tui. Catulus leonis Juda: ad prædam, fili mi, ascendisti: requiescens accubuisti ut leo, et quasi læna, quis suscitabit eum? Non aufertur sceptrum de Juda et dux de femore ejus, donec veniat qui mittendus est, et ipse erit expectatio gentium. Ligans ad vineam pullum suum et ad vitem, o fili mi, asinam suam. Lavabit in vino stolam suam, et in sanguine uvæ pallium suum. Pulehriores sunt oculi ejus vino, et dentes ejus lacte candidiores, » *ibid.* 378, 379, 380. Benedictio Judæ data mystica est, præsignans omnia quæ ad Christum pertinent, quia ex hac tribu exoriturus erat Christus secum dispensationis rationem, *ibid.* 378.

Non levi de causa tota commemoratur Judæ historia, v, 250 *usque ad* 253.

JUDAS cognomento Zelotes, alius Domini discipulus, xi, 100. Ne ex eodem nomine error nasceretur, hunc Evangelista distinxit a Juda Ischariote, et sicut priorem a nequitia nominavit, ita hunc a virtute appellavit, Judas Zelotes, *ibid.*

JUDAS Lebbaeus, Thaddæus quoque dictus, vi, 177.

JUDAS proditor ex pecuniæ amore periiit, v, 344. Judas avaris in exemplum proponitur, vii, 330.

Judæ proditoris furor, vii, 287. Judæ cæcitas, *ibid.* 294. Judæ sceleratus animus, *ibid.* 310. Judæ proditio quando facta, *ibid.* 275, 276. Judæ quantum scelus, *ibid.* 276. Judæ ex proposito diabolus effectus, *ibid.* 286, 287.

Judas deterior dæmoniis, vi, 136. Judas sceleris sui infamiam non tulit, v, 418. Judæ mors eos qui Christum damnarunt

arguit, vii, 329, 330. Judas filius regni factus est gehennæ filius, *ibid.* 109, 110.

Judæ diabolus penitentiae locum non dari curavit, xxi, 468. Judas multa imbutus doctrinæ proditor effectus, xi, 449, 450, 455. Judæ proditio et mors prædicta a Prophetis, *ibid.* 438, 439. Judam cur non nominavit Christus, quando se tradendum fore dixit, *ibid.* 421.

Judas potestatem miraculorum habuerat, xi, 103. Judas apostolus, ex peritiâ proditor factus, xxi, 515. Judas proditor factus quia a cætu discipulorum recessit, x, 393. Judas a quali choro excederit, xi, 100. De Juda Christus sollicitus erat, *ibid.* 127. Sermo in proditionem Judæ, *ibid.* 127 usque ad 131.

Judæ cæcitas et insania, xi, 102, 114. Judas veritatem impugnare tentavit, xxxiii, 241. Judæ impudentia, xi, 129, 130. Judas si non desperasset salutem consecutus erat, xxi, 519.

Judas proditor legendus, non qui proditus est Christus, xi, 97, 111. Judas est qui mysteria indigne participat, *ibid.* 108. Judam miracula edita nihil pavant, *ibid.* 303, 304.

Judas conscientiam arguentem non ferens, se suspendit, xxiv, 114. Judas sacrilegus et proditor, xii, 628. Judas memoratur in Psalm. CVIII, *ibid.* 462. Judas laqueo vitam univit, sciens se occidisse in perniciem sui capitis, *ibid.* 113. Judas si pecunie amore coërcuisset, non venisset ad sacrilegium; si illud compressisset, non ad colophonem malorum prosilivisset, *ibid.* 74.

Judas si pecunie amore coërcuisset, non venisset ad sacrilegium, xii, 74. Judæ prædictiones, *ibid.* 464.

Judas non ideo fuit proditor quod præviderit Christus ipsum fore proditorem, xv, 264.

Judæ petulantia, x, 241. Verisimile hunc proditorem, utpote petulantem, ante coryphæum acerbuisse, *ibid.* Nam ejus petulantia dignoscebatur, quando intusit cum magistro, et quando reprehensus non compunctus est, *ibid.* Judas a Satan abceptus, *ibid.* 254. Judæ furi cur Christus oculos commiserit, *ibid.* 208. Putat Chrysostomus Christum Judæ dedisse primum lavisse, *ibid.* 241. Judam

cur Christus proditorem aperte non dixit, *ibid.* 254, 255.

Judæ proditori successorem eligere Petrus poterat, xii, 38. Judæ avaritia quanta, xvi, 478.

Judas alius falsus Christus, x, 144, 146, 147.

Judæ cujusdam secta dissoluta, quia non ex Deo, xx, 270, 271.

Judas et Theudas rebelles in deserto, v, 353, 354. Judas et Theudas perierunt quod tributum dare Cæsari prohiberent, vii, 159. Judas et Theudas juste occisi, vi, 358. Judas et Theudas magnos habentes cætus cum discipulis suis perierunt, xiv, 171.

Judices. Liber quidam Octatenci inscribitur Judices, in quo narratur quas urbes ceperint, quasque sibi tributarias fecerint Israëlites, xxi, 308 et seqq.

Judices ipsi corrupti, xxi, 75. Index utramque partem audiat oportet, xx, 167, 168. Judicum officia, xi, 51. Judices pone velum sedentes judicabant, vi, 298.

Judices contractis velis deliberabant, iv, 308, 309. Judicis corruptor fure peior, xii, 167.

Judicare alios non licet, xxi, 406. Quidam alios acerbè judicabant, *ibid.* Quam vulgare hoc vitium etiam apud monachos et clericos, *ibid.* 407. Judicare de fratre non decet eum qui peccatis obnoxius sit, xxxiii, 459.

Judicium extremum prædicitur a Prophetis, xi, 447. Post judicium postremum, celum, terra, et omnis creatura splendidior erit, xxi, 472. Judicium Dei nullus effugiet, xi, 159. Judicii futuri imago, xxi, 51, 473, 474, 475. In judicii die non personarum, sed operum acceptio, *ibid.* 445. In judicio Christus honores et penas inferet, xi, 84.

Judicia Dei inscrutabilia, xxi, 391.

Judiciorum officium episcopo competit, xx, 449, 450.

Judicii canonici ritus, xxiv, 5. Judicia anteposito velo fiebant, vi, 480. Judicium aliquando justitiam significat, *ibid.* 275.

Judicium Christo reservandum, vi, 297. Nolite judicare, quomodo intelligendum, *ibid.* 88, 39. Judicare non de-

bet de cæteris, qui iisdem culpis sit obnoxius, *ibid.* 63.

Judicium de aliis ferre prohibemur, VII, 97, 98. Judicium altera absente parte irritum, XXIV, 10.

Judicium futurum, V, 397, 398. Probatur, VII, 234, 235. Judicium Dei quam metuendum, VI, 308.

Judicii dies probis optabilis, peccatoribus terribilis, VII, 379. Judicium futurum omnibus incorruptum, XII, 322, 323. Alii quidem Dominum confitentur, judicium autem et pœnas propositas auferunt, brevi jucunditate magnum sibi ementes supplicium, et dum volunt se recreare, quod gehennæ non meminerint, per hanc securitatem metusque vacuitatem in magnum interitus se barathrum imprudenter immittunt, *ibid.* 142. Judicium generale ad futurum sæculum reservatum est, hic singulare judicium, *ibid.* 151.

Judicii dies mente versanda, XII, 616. Judicii die statit solus homo cum operibus suis, quorum causa vel damnabitur, vel coronabitur, *ibid.* 337.

Judicium conscriptum quid, XV, 207.

Judicium et futurum et præsens, XII, 94.

Judicium futurum horrendum erit, XV, 320. Judicii postremi descriptio, *ibid.* 332.

Judicium de aliis ferre non oportet, XIV, 247. Judicii extremi imago, XI, 397, 398. Judicii extremi descriptio, XX, 40. Judicii futuri metus ad vitam instituendam juvat, XI, 296. Judicii futuri imago, XI, 335; XXIII, 336, 337.

Judicii extremi terror, XXII, 249. Judicium futurum timendum, XVII, 238.

Judicium extremum fore probatur, XVII, 29. Judicii futuri metus frenum est ad vitia cohibenda, XVIII, 142, 143. Judicium futurum nemo est qui non timeat, *ibid.* 50. Judicia Dei timenda, *ibid.* 29.

Judicium extremum fore non credebant quidam, XVII, 28. Judicium extremum si non esset, Deus non esset justus, *ibid.* 29. Judicii postremi tremenda descriptio, XVI, 571, 572.

Judicii futuri descriptio, XXIII, 126. De futuro judicio ecloga, XXV, 135. Judicium futurum quam timendum, IV, 586. Judicii futuri descriptio, *ibid.*

In judicii die qui vivi erunt non morientur, XXI, 372. Judicium in valle Josaphat, VIII, 61. Judicium futurum timendum, IX, 473, 474.

Judicium quid sit, arguet de judicio, X, 306. Probatur et resurrectionem et judicium esse futura, *ibid.* 32. Qui vero cruciatum futurum dicunt, illi et judicium, et rationes reddendas, et supplicia agnoscent, *ibid.*

Judicium, vitam, resurrectionem cur sæpe Christus memoret, IX, 479, 480. Judicium futurum cogitandum, X, 31.

Judicium futurum quam tremendum, XIII, 231. Judicii futuri tremendi descriptio, *ibid.* 412, 413. Judicio adveniente nullus ultra poenitentiae locus, *ibid.* 258.

Judicium non ex auditu reddendum, I, 451. Judicium hominum non curandum, *ibid.* 34. Judicia Domini semper in mente versanda, *ibid.* 313.

JUDITHA uxor Esaü. Erat Esaü annorum quadraginta, et duxit Judith filiam Beer Chettai, XI, 193.

JUDITH altera cujus extat liber. Liber Judith sic vocatur, quia filios Israël ab Holopherne impugnatos et obsessos, Deus ejus opera liberavit, *Holophernemque percussit, XIX, 244, 245. Cum siti affligeretur populus et principes civitatem tradituri essent, Judith, depositis viduitatis vestibus, maritum enim mortuum lugebat et quotidie jejunabat, se ipsam instar sponsæ ornavit, et multis adhortata primores civitatis, ne civitatem ad usque quinque dies hosti traderent, ad Holophernem egressa est, et cum sua illum sapientia decepisset, tertia die, ignorantibus ejus militibus, ipsum capite truncavit, *ibid.* Judith Jerosolymam profecta, omnia Domino obtulit, domumque reversa, in eodem pietatis exercitio perseveravit, ac vidua ad mortem usque mansit, nemoque illi nuptias persuadere potuit, *ibid.* Judith mortua est, postquam in viduitate honeste vixisset, annos emensa centum et quinque, *ibid.* 346. Judith imperatoris functa est officio, X, 172.

JESUM Christi quomodo suave sit, V, 259.

JULIANE scribit Chrysostomus, XIV, 311.

JULIANUS martyr Cilix, XXIII, 477.

In sævum cadit tyrannum, *ibid.* Qui diu illum differt minuitur, adulatoris verbis allicit, *ibid.* Anno integro per Ciliam circumducit, *ibid.*

Julianus a tortoribus laniatur, *xxiii*, 480. variisque modis cruciatur, *ibid.* Inter tormenta placide loquitur, *ibid.* Julianus necatur, *ibid.* 481. Hoc pacto martyrium obit, in sacco includitur, cum scorpionibus, viperis, draconibus, et in mare projicitur, *ibid.* 482.

Juliani corpus Antiochiæ, *xxiii*, 482. Juliani reliquiæ sexcentos sanarunt, *ibid.* 484. Juliani sepulcrum dæmones formidant, *ibid.* 479, 480.

JULIANUS monachus, vir admirandus, et celebris Antiochiæ magno in honore habitus, *xvi*, 359.

JULIANUS Apostata omnes imperatores impietate superavit, *xxiii*, 390, 469. Templum Judæorum restaurare voluit, *ibid.* 390. sed frustra, *ibid.* 469, 470, 539.

Julianus imperator Apostata histrio vocatur, *xxiii*, 365. Ad imperium evectus, quam simulaverat religionem christianam respuit, *ibid.* 360. Cultum deorum instauravit, *ibid.* Cum meretricibus et lenonibus incedit, *ibid.*

Julianus Apostata cum videret rem christianam Martyrum morte clariorem fieri, movere Christianis bellum palam nolebat, *xxiii*, 388. Medicos, milites et sophistas vel a professione discedere, vel fidem abjurare jubet, *ibid.* 389. occidique eos, qui idolis infensi fuissent, *ibid.* 389, 390. Quam callide hæc aggredditur, *ibid.* Juveninum et Maximinum capite truncari jubet, *ibid.*

Julianus callide Christianos persequitur, *xxiii*, 383. Julianus Apostata imperator coronatus confestim in Deum manus sustulit, *ibid.* 321. Dæmonum cultum restituit, *ibid.* Crucem deridebat, *ibid.* Julianus Christianos vocabat Galileos, *ibid.* 321. Eos se ex orbe terrarum eliminaturum pollicebatur, *ibid.* Julianus Apostata Stephanum improbitatis causa ecclesiastico principatu pulsum jubet rursus doctrinæ thronum occupare, *ibid.* 383.

Julianus Apostata templum Jerosolymitanum instaurare conatur, *xxiii*, 382. sed frustra, igne ex fundamentis exi-

liente, *ibid.* Julianus Apostata necromantias exercuit et puerorum cædes, *ibid.* 361, 362. Julianus Apostata vates acceperbat, et prestigiatos, *ibid.* 322.

Julianus Apollinem in Daphne positum consultat, *xxiii*, 323. Daphnen ascendit, sacrificia multa offert, *ibid.* 362.

Julianum cur fulmen in Apollinem immissum non attigerit, *xxiii*, 381. Julianus jubet capsam reliquiarum sancti Babylæ e Daphne auferri, *ibid.* 364, 365. Julianus non ausus est martyrium sancti Babylæ diruere, nec rectum combusto Apollinis templo rursus imponere, *ibid.* 324, 325.

Julianus Persicam expeditionem aggredditur, *xxiii*, 384, 385. In eaque misere perit, *ibid.* Variæ circa mortem ejus sententiæ, *ibid.* 385. Juliani Apostatæ exercitus, obsessus a Barbaris, *ibid.* 234, 235. Julianus imperator periit, ac perenni supplicio torquetur, *ibid.* 322. Juliani Apostatæ tempore fames, *ibid.*

Julianus Apostata omnes impietate superavit, *v*, 260, 261. Juliano avunculus a vermibus corrosus, *ibid.* Juliano Apostata regnante signa Jerosolymæ exhibita sunt, *ibid.* Julianus Apostata, sub quo Judæi cum Gentilibus juncti erant, *vi*, 306, 307.

Juliano imperante, qui omnes impietate superavit, dum oppugnaretur Ecclesia, multa facta sunt miracula, *iii*, 502. Cruces nempe visæ sunt repente in vestimentis impressæ, et Apollinis templum fulmine dejectum, sancti martyris Babylæ qui in Daphne erat translatio, et aperta adversus dæmonem victoria; quæstoris imperatorie pecuniæ inopinata mors, et admirabilis ipsius imperatoris cædes, ipsius, inquam, Juliani, qui omnes impietate vicerat, et avunculi illius interitus, vermium fontes; aliaque innumerabilia, fames, siccitas et sterilitas, aquarum penuria, quæ una cum eo civitates invasit, et alia ubique innumera, *ibid.* 502, 503.

Juliani avunculus ob temerata sacra vasa vermibus exosus interiit, *xxiii*, 234.

JUPITER imbrium moderator, *ibid.* 374, 375. Jovem compellat Libanius, *ibid.* 373. Jupiter. Poëtæ dixerunt Jovem esse qui pluit, *iii*, 36, 37. Sed illi

ipsi dixerunt eum esse adulterum, pædiconem, parricidam, alia quoque non minora his crimina illi ascribentes, *ibid.* Jupiter secundum philosophos est fervens substantia et pars quæ superat ærem, et quam appellant ætherem, ex eo quod ferveat et urat, *ibid.* 37. Cretenses sepulcrum Jovis habent ita inscriptum: « Hic jacet Jupiter, quem Jovem vocant. » XVIII, 129.

JURANDI mos ponendo manum subter femur, vel subter lumbum, II, 148. Juramenta fugienda, I, 200; V, 69. De juramentis multas conciones habuerat Chrysostomus, V, 136.

Jurare nec in re justa nec in injusta licet, I, 200. Purum a juramentis os servare debemus, et adversus hæc munire nostram linguam, labia, et mentem, ne vel quid malarum cogitationum intrinsecus nascatur, vel per linguam foras proferatur, *ibid.* Jurandi morem deposuerunt Antiocheni, V, 222.

Jurare etiam bene, peccatum est, secundum hujus auctoris sententiam, VIII, 84. Contra clericos qui Evangelia porrigunt juraturis, *ibid.* Juramentum rusticorum in Deum, et nunquam in filios, XXI, 196.

Juramentum est satanicus laqueus, XII, 163. Juramenta prohibentur, *ibid.* 114. Juramenta unde orta sint, *ibid.* 114, 115. Ad juramentum provocare pejus malum est quam jurare, *ibid.* Juramentum impium est, *ibid.* 116. Juramenta proscribenda, *ibid.* 496. Juramenta proscribuntur, *ibid.* 128, 129, 130, 140, 141. Juramentorum gravitas, *ibid.* 148, 149, 150. Jurandi consuetudo quomodo corrigenda, *ibid.* 131. Qui jurabant mensam sacram tangebant, *ibid.* Jurantes carpuntur, *ibid.* 162. Juramenta quo pacto vitanda, *ibid.* 98. Juramentis assueti erant Constantinopolitani, *ibid.* 130. Qui jurat non potest non pejorare, *ibid.* 151.

Juramentum cur in veteri lege permissum in nova prohibeatur, V, 470. Juramentum per cælum, per terram et per Jerusalem cur prohibitum, *ibid.* 468. Juramenta vitanda, *ibid.* 360. Juramentum facile vitatur, *ibid.* 472.

Juramentum malum est, *ibid.* 469. Juramentorum pernicies, VI, 357. Ju-

rantes graviter perstringit Chrysostomus, V, 474.

De juramentis ecloga, XXV, 184.

Juramenta damnantur, XXII, 243, 244, 245, 332, 333. Juramentorum pernicies, *ibid.* 271, 334, 335, 336. Juramenta vitanda, *ibid.* 127, 134, 135, 203. Juramenta ideo damnanda, quia nulla necessitate fiunt, *ibid.* 216, 217. Juramenta prohibentur, *ibid.* 169, 257, 259. Quantum a reverentia Deo debita abhorreant, *ibid.* 181. Juramentum male agenti parit necessitatem, quomodo, *ibid.* 189.

Juramentorum damna multa, XXII, 259. Ex Saülis historia juramentorum damna representantur, *ibid.* 260. Juramenta fiebant Evangeliorum contactu, id damnat Chrysostomus, *ibid.* 284. Juramentorum poenam sibi quisque statuat oportet, *ibid.* 170, 171.

Juramentum a diabolo est, Christo dicente, XXII, 374. Juramentorum damna, *ibid.* 268, 269, 289. Juramenta jejunii meritum tollunt, *ibid.* 229. Juramentum facile vitatur, *ibid.* 152. Ejus vitandi modus, *ibid.*

Jurantes corrigendi, XXII, 244. Jurandi consuetudinem deponunt Antiocheni, Chrysostomi monitis obtemperantes, *ibid.* 192. Jurandi necessitatem alicui adducere pejus est, quam occidere, *ibid.* 284. Jurantibus poenam interminatur Chrysostomus, expulsionem ab ecclesia, *ibid.* 365, 366.

Juratus etsi vivere videatur, jam mortuus est, XXII, 284. Jurantes corripiendi, *ibid.* 255. Jurantem assidue intra decem dies se correcturum pollicetur Chrysostomus, *ibid.* 362.

Juramentum est supervacaneum, et hoc est magis argumentum incredulitatis quam fidei, XVI, 139. Proclivem enim esse ad jurandum, non sinit ut bona concipiatur opinio pietatis, *ibid.* Quare qui maxime jurejurando assidue utitur, is juramenti usum nequaquam habet necessarium, *ibid.* Qui autem minime utitur, is ejus usu utitur, *ibid.* Minime juramento opus est ut credatur, *ibid.* Nam videmus quod qui non jurant, iis maxime creditur, *ibid.* Jurare crimen est, XXI, 402.

Jus incorruptum semper servandum,

x, 67. Juris naturalis cognitio indita homini, xxii, 238.

JUSTIFICATIONIS pars est peccatum damnare, xxi, 323.

JUSTITIA indui quid sit, xvi, 263. Justitia significat vitam omnem quæ in virtute agitur, *ibid.* 383. Justitia quæ ex fide est, donum Dei est, *ibid.* 346. Justitia quanta bona afferat, *ibid.* 380.

Justitiam, totam virtutem dicit Paulus, xviii, 55, 56. Justitia vitæ radix, justitia omnis virtus, xii, 273, 274. Justitia vera quænam sit, xiii, 453. Justitiam apprehendit gratia, non sola, sed cum accedentium voluntate, *ibid.* 474.

Justitia in omnibus servanda, x, 66, 67. Justitia et injustitia in magnis et parvis rebus eandem vim habent, *ibid.* 162. Justitia. Quid sit, *arguet de justitia*, *ibid.* 302.

Justitia omnis quæ sit apud Christum, v, 346. Justitia est mandatorum observatio, *ibid.* 376. Est omnis virtus, *ibid.* 441. Justitia est virtus in genere, etiamque virtus specialis, *ibid.* 444. Justitiam qui amat, omnia tuto possidet, *ibid.*

Justitiæ ac virtutis possessio voluntatem sublimem efficit, vi, 260. Justitia Dei et puniendi ratio, *ibid.* 237. Justitia Dei non est præsentis vitæ limitibus circumscripta, v, 396. Justitia benignitatem temperat Christus, *ibid.* 476.

Justitia virtus omnis, iiii, 54. Justitiæ fructus, *ibid.* 32. Justitia virtutem omnem complectitur, ii, 12. Justitia spem parit, *ibid.* 32. Justitiam persequi et offerre, hoc est maximum Deo donum, hoc est acceptum sacrificium, hæc oblatio valde grata, non oves et vitulos sacrificare, sed quæ justa sunt facere, iiii, 31. Qui per justam vitæ institutionem Deum sibi propitium et clementem reddiderit, maximam habet opitulationem, auxilium inexpugnabile, et plurimum illinc præsidium, *ibid.* 31, 32. Justitia Deo coheret, *ibid.* 310. Justitia hominum ex externis legibus proficiscitur, *ibid.* 54.

Justitia Dei aliquando elementia dicitur, iv, 117. Justitia semper manet, nec tempore consumitur, iiii, 517. Justitiæ sacrificium quid, *ibid.* 31, 32. Jus-

titiam operatur fides, xviii, 450. Justitia æterna a Christo data, xx, 289.

Justitia. *Adimplere omnem justitiam*, est omnia Dei mandata adimplere, x, 520. De justitia inflari, justitiæ est evacuatio, xxi, 516.

Justitiam qui esuriunt, quæ cupiunt assequuntur, i, 334. Justitiæ ecclesiasticæ exercendæ ratio, xv, 397, 398, 399. Justitiæ sol orbis tenebras dissipavit, iiii, 518. Justitia non e vestigio peccatum sequitur, *ibid.* 168.

Justitia in tentationibus floret, vii, 477. Justitia figura Dei est, viii, 50. Justitiæ magna fiducia est cum causa ipsi committitur adversario, viii, 349.

JUSTITIUM indictum in hebdomada sancta, i, 446.

JUSTUS, dum laudantur alii, gaudet, xi, 213. Justi quidam nullum in hac vita bonum adepti sunt, *ibid.* 209. Ex justis multi hic puniuntur, ut peccata deponant, *ibid.* 189. Ex calamitatibus splendidiore coronas obtinent, *ibid.* 196. Justos a peccatoribus chaos dirimit, *ibid.* 202.

Justus sexcentis impiis melior, xxi, 452. Justi constantia, xxii, 187. Justus cur vexetur in hac vita, xx, 19, 20, 21.

Justo nihil ditius, xxi, 579. Justus cur ab improbis vexetur, xxi, 61, 62. Justi mors pretiosa et beata, xxiii, 514, 515. Justi arma, philosophia, temperantia, patientia, contemptus rerum, xxii, 186, 187. Justum qui impugnat, cum umbra pugnat, *ibid.* 444. Cum justis cur aspere agat Deus, xxi, 577. Justi mors quam felix, xxiii, 514, 515.

Justorum lapsus, alios præstat segiores, xxii, 58. Justus vocatur qui virtutem exercet, xvii, 354. Justus est qui injuriam accepit nec reddidit, xvi, 264. De justis gaudendum est, peccatores lugendi, xvi, 440.

Justi magna operantes non mirum si incident in tentationes et pericula multa, xv, 163. Justi virtus in ærumnis lucet et augetur, *ibid.* 200. Justorum præmia, xiv, 329. Quanta sint futura, *ibid.*

Justus quam hominum amarus sit, xiv, 79. Justo afflictiones sunt semper causa præmiorum, xii, 193, 194. Justorum animæ in ætatis flore sunt sem-

per, XIII, 315, 316. Justorum animæ admodum sunt mites ac benignæ, XIV, 79, 80.

Justi fiducia quanta, III, 87. Justicur affligantur, dum improbi bene habent, *ibid.* 78. Justi attentiores fiunt cum improbi puniuntur, *ibid.* 99. Justi etiam oratione opus habent, *ibid.* 12. Justi magna virtus cum eosdem habet quos Deus amicos et inimicos, *ibid.* 92. Justus coronatur, quomodo, *ibid.* 58. Justi felicitas, *ibid.* 178. Justi delectatio perpetua, *ibid.* 41. Justorum tabernacula, *ibid.* 581, 582. Justus etiamsi increpet sequendus, IV, 104. Justi omnes in hac vita quasi peregrinantes sunt, *ibid.* 357. Justus absque festo festum agit, V, 126. Justus dicitur is qui omnem virtutem complectitur, I, 328. Justorum obedientiam quomodo exercet Deus, II, 214. Justorum virtus thesauro similis, I, 545. Justorum vita probos mores docet, II, 212. Justo nec lex nec princeps positus est, *ibid.* 414.

Justus, id est, omni virtute præditus, V, 265. Justus cognatus, peccatori non prodest, *ibid.* 288. Justi se ipsos accusant, IV, 592. Justo magis metuenda arrogantia quam peccatori, *ibid.* 391.

Justorum præmia etiam in hac vita, XXIV, 145, 146. Justus fit qui se omnium extremum putat, XIII, 118, 119.

JUVENES maxime ornat castitas, V, 82. Jvenes a spectaculis arcendi quare, *ibid.* 81, 82. Jvenes quantam pernici-

ciem ex theatris contrahebant, *ibid.* 112, 113. Jvenes imbuendi disciplinæ cœlesti, *ibid.* 108. Jvenes uxoribus jungendi antequam in luxuria implicentur, II, 282, 283. Juventus ad malum proclivis, *ibid.* 278. Juventus malum quando rectæ rationis freno caret, *ibid.* 279.

Juvenum impetus a principio coercendus, VII, 43. Connubio jungendi sunt jvenes ne fornicentur, *ibid.* Jvenes quomodo instituendi, IX, 181, 182.

Juvenum institutio quam difficilis sit, XVIII, 142. Jvenes ad amorem corporum proclives, *ibid.* 140. Jvenes cito connubio jungendi sunt, XVII, 212. Juvenum vitia, XVIII, 140.

JUVENTUS in Ecclesia utilis, X, 470.

JUVENTINUS et Maximinus milites, XXIII, 387. Amore Dei flagrabant, *ibid.* 388. Deplorant restitutam fuisse idololatricam, sacras leges conculcatas, *ibid.* 390. In carcerem nudi trudentur, *ibid.* 390, 391. Eorum bona publicantur, *ibid.* Signa eorum domibus apponuntur, omniaque diripiuntur, *ibid.* 391. Incarceratos adiit omnis civitas, unde multi martyres facti, *ibid.* Julianus eos minis promissisque tentat, *ibid.* 392, 393. Illi imperterriti manent, *ibid.* Capite truncantur noctu, *ibid.* 394. Eorum reliquiæ in una capsula conduntur, *ibid.* 395. et honorantur, *ibid.* Juveninus martyr cum Maximino patitur, *ibid.* 387.

K

KALENDÆ. Oratio in Kalendas habita, XXII, 26. Kalendis, seu anni die primo diabolicæ pernocationes, et cavillationes et convitia, et saltationes nocturnæ, et ridiculæ comœdiæ fiebant, *ibid.* 27. Kalendis forum quasi elegans sumptuosaque mulier, ambitiose exornabatur, et auro, indumentis pretiosis, calceis et reliquis ejus generis vestiebatur, *ibid.*

Homilia postridie Kalendas Antiochiæ habita de iis qui inebriantur, deque iis

qui commeant ad cauponas, quique choreas ducunt per civitatem, XI, 131. Kalendarum festum, Satanæ festum erat (nam festum erat Saturnalium, ubi temulentiae, tripudiis, saltationibus, comessionibus, aliisque ex Bacchico furore consequentibus operam dabat maxima pars civitatis); *ibid.* 131, 132 et seqq. Coronæ plectebantur in Kalendis, XXII, 31, 32.

Κανονικά, regulares foeminae cum vi-

ris habitare non debent, *xxi*, 263.

KOKISI, Cocusa, vel Cucusa, nrbs erat in Armenia Minore, in qua habitum est sancti Gregorii illuminatoris encomium, qua alibi sæpe Cucusus, vel Cucusum vocatur, unde pleræque epistolæ sancti Doctoris prodierunt, *xxiii*, 597, *et xxiv passim*.

KHOSROVIDOUKHIT soror regis Tiri-datis. Prima illius visio, *xxiii*, 584. Iteratur visio illius, *ibid.* 585. Admira-

tione simul et terrore perculsa scemina cum festinatione intrans narrat ad satrapas qui domus regis præfectum accersunt, mittuntque Artaxatam ut Gregorium de puteo educeret, *ibid.* 586. Khosrovidoukhit, adveniente in Armenia sancta Riphime, christianam fidem fuerat amplexa, et virginitatem servabat, *ibid.* 584, 598.

KΩΩΩ, seu tesserarum lusus, *i*, 96.

L

LABAN. Rebecca filio suo Jacob, ne a fratre suo Esaü interficeretur, suavit ut iret ad Laban fratrem suum, et ibi cum eo habitaret, *ii*, 209. Interrogat Jacob de Laban fratre matris suæ, et didicit omnia quæ circa illum gerebantur, *ibid.* 220. Jacob superno auxilio roboratus, præveniens beneficiis Laban, amovit lapidem, et adequavit oves quas pascibat Rachel, *ibid.* 221. Laban videns Jacobi mansuetudinem advenientis locutus est ei bona et jucunda de cognatione, de mercede, etc., *ibid.* 222. Jacob nihil petebat, Laban autem a se mercedem proponit justo, *ibid.* Jacob mirificam continentiam præ se ferens, dicit Labano: *Serviam tibi septem annis pro Rachel filia tua juniore*, *ibid.* His elapsis septem annis, et petente Jacob ut sibi daretur uxor sua, Laban congregavit omnes viros loci, et fecit nuptias, et factum est vespere, et accepit Laban Liam filiam suam, introduxitque eam ad Jacob, *ibid.* 231. Laban adhuc erat idolorum cultui deditus, sed tamen moderatus, *ibid.* 232.

Laban magna affectione diligebat Jacob, *ibid.* 235. Laban decepit Jacob, ut diutius apud se justum retineret, *ibid.* Propterea quia vidit Laban virtutem viri, cogitans se non aliter eum vincere posse et persuadere, illum decepit, et pro Rachel imposuit et dedit ei Liam cum Zelpha ancillæ, *ibid.* Post alios annos septem dedit Laban Rachel filiam

suam Jacob uxorem, *ibid.* Hic memoria lapsus videtur Chrysostomus cum ait *Labanum Jacobo Rachelem dedisse post alios septem annos; nam in Hebraïco textu et in Vulgata, quibus etiam consonant LXX interpretes, ductam in uxorem Rachelem esse dicitur ante illos septem alios servitutis annos, et conjugium septimo post ductam Liam die consummatum fuisse.*

Laban petitioni Jacob annuit statim, *ii*, 247. *Multa hic et in sequentibus leguntur de Laban, diverso modo expressa; Chrysostomus enim et hic et alibi non semper litteram sequitur.*

Labani deos furatur Rachel, et delusa est patrem suum Labanum, *ii*, 252, 257. Historia Labani summam relata, *xix*, 282 *et seqq.*

LABARUM regium vexillum, *xvii*, 362. Qui regium vexillum, quod labarum vocari solet, portant, multa opus habent fortitudine et peritia, ut ne in hostium manus incidant, *ibid.*

LABIUM unum sermonem unum significat, *i*, 447.

LABOR in frenanda cupiditate, *xi*, 190, 191. Labor homini addictus ipsi utilis, *xx*, 58. Labor somnum dulcem excitat, *xxii*, 96, 97. Labor major in vitiis quam in virtute, *ibid.* 189.

Labores temporanei coronas referunt immortales, *xxiii*, 476. Labores pro virtute subeundi, *xxii*, 382. Post multos labores ac sudores agricola nonnun-

quam, dum falcem exacuit, et ad messem se comparat, vel immissa ærugine, vel locustarum multitudine, vel immodica pluvia incidente, vel alia quapiam importata calamitate ex aëris interperie, vacuis manibus domum revertitur, postquam labores quidem sustinuit, sed speratis frugibus excidit, *ibid.* Laboris et opificii ne pudeat, *xix*, 48. Labores minuit spes bonorum, *ii*, 374.

Labor cantu solatium accipit, *iii*, 205. Laborem hic, ubi brevis est vita, Deus attribuit; coronas autem in futurum reservavit, ubi senii expertus est ævum, et nunquam finiendum, *iii*, 97. Et hic quidem labor celeriter solvitur et præterfluit; illa autem manent immortalia, et nunquam desitura, *ibid.*

Labor in hoc mundo est et probis et improbis, *vii*, 132. Labor adeundus, sed sine sollicitudine, *x*, 19, 20. Laborem gravem videri non sinit fructus illo partus, *ix*, 334.

Labor multus, qui nullum habet lucrum damnum censi debet, *xvi*, 535. Laboris amorem, non otium, paupertas parit, *xii*, 21. Laboribus majora præmia sunt, *xiii*, 396.

LAC Paulus vocat humilem sermonem qui conveniat simplicioribus, *xviii*, 304.

LACÆNARUM mulierum virtus et fortitudo, *x*, 181, 182. Hortabantur mulieres Lacænæ filios suos ut scutum e prælio referrent, vel super ipsum mortui referrentur, *ibid.*

LACONICA quæ sint, *iv*, 276.

LACONICA velamina, *vii*, 315.

LACRYMÆ extinguunt gehennæ incendium, *xi*, 148. Lacrymæ propter Christum fusæ suaves, *xxi*, 217.

Lacrymæ et luctus consolationem afferunt, *xxii*, 322, 323. Lacrymæ balneum animæ, *xix*, 94, 95. Lacrymæ rigant plantam orationis, *v*, 98.

Lacrymæ ex gaudio, *ii*, 356. Lacrymæ in precando quam acceptæ Deo, *v*, 118. Ad Deum attrahendum satis sunt, luctus, lacrymæ, gemitus, resilire ab improbis, ejusque pertimescere et horrere sententiam, *iii*, 84. Noctu melius funduntur lacrymæ, *ibid.* 70. Lacrymæ monachi competunt, magis autem sæcularibus, *ibid.* 71. Lacrymæ

spongiae sunt quæ peccata abstergunt, *ibid.* 441. Lacrymæ vel hic, vel in futuro sæculo fundendæ, *ibid.* 70.

Lacrymæ bonæ quænam, *v*, 302. Lacrymas bonas sequitur tranquillitas, *ibid.* Lacrymæ pœnitentis Deo conglutinant, *ibid.* 301. Lacrymæ lætitiæ pariunt, *ibid.* Lacrymarum utilitas, *ibid.* 304.

Lacrymæ utiles in precibus, in admonitionibus, *xvii*, 145. Lacrymæ purgant peccata, *ibid.* Non sunt graves ac molestæ lacrymæ quæ proficiscuntur ex mœrore bono, sed multo meliores illis quæ sunt propter mundanam voluptatem, *ibid.*

Lacrymantem nec vitium nec libido adeunt, *iii*, 70, 71. Lacrymæ laudabiles quænam, *xvi*, 442. Lacrymæ quæ ex Dei timore proficiscuntur, semper durant, *ibid.*

LACUS esse dicitur peccatum, *iv*, 128.

LÆTITIA quomodo acquiratur, *xxii*, 325. Lætitiæ non pariunt divitiæ, non lætæ mensæ, *ibid.* 318.

Lætitiæ vera non in rebus externis, *iii*, 34. Lætitiæ in externis rebus est tantum oculorum, non autem cordis, *ibid.* Lætitiæ inde proficiscitur unde bona suppeditantur, *ibid.* 467. Lætitiæ ex Deo firma, *ibid.* 56.

Lætitiæ non hujus mundi bona pariunt, sed pura conscientia, *xiii*, 182. Lætitiæ humana admixta tristitiæ, *xviii*, 385.

LAMECH ex genere Caim, filius Mathusalæ, *i*, 270. Accepit sibi Lamech duas uxores, nomen uni Ada, et nomen secundæ Sella; ex Ada genuit Jabel, qui fuit pater habitantium in tabernaculis pastorum; et Jubal, qui demonstravit psalterium et citharam, *ibid.* 270, 271. Ex Sella vero genuit Lamech Thobel qui erat malleator, et faber æris et ferri, et filiam nomine Noëman, *ibid.* Scriptura nos docuit et nomina uxorum Lamech, et nomina filiorum ejus, et quæ studia illorum fuerint, *ibid.* Lamech confitetur uxoribus suis se duo homicidia patrasse, et se Caimo comparat, *ibid.* 271, 272. Lamech animo reputans negationem peccati gravius Caimo parasse supplicium, vocatis suis mulieribus, nullo reprehendente, vel arguente, ipse sua lingua et confessionem peccatorum edit, et con-

ferens quæ a se facta erant, cum iis quæ a Cains, pœnam sibi ipsi definit, *ibid.*

272. Si Lamech ille suis mulieribus cædes a se commissas detegere et confiteri non refugit, quali erimus venia digni, si ei, qui omnia nostra accurate novit delicta, confiteri peccata nolumus? *ibid.* 275. Lamech nullam habuit legem, Prophetas non audivit, etc. *ibid.* 276. Postquam Scriptura divina genealogiam usque ad Lamech deduxit, iterum ad Adam et uxorem illius regreditur, *ibid.* 277, 284. Lamech non easdem peccati pœnas dedit quas Cain, *iii*, 65.

LAMECH alter, ex genere Seth, pater Noë futura prævidit in nativitate Noë, *i*, 292, 293. Lamech non justus, nec Deo probatus, nomen filio prophetice imposuit, *i*, 292, 293; *ii*, 464.

LAMENTATIONES Jeremiæ de urbis excidio, *iv*, 214.

LAMPADIS in ecclesiis et in supplicationibus Christianorum, *xxiii*, 517. Lampades sive lucernæ in ecclesia accendebantur, *ii*, 414.

LAMPADIUS Alexandrum magnum templum habuisse sibi dicatum significat paulo post initium vitæ Alexandri Severi, *xv*, 568.

LAMPROTATUS diaconus cum Hypatio ærumnarum consors fuit, *xxiv*, 320.

LAPIS angularis Christus, *xi*, 471. Quomodo illo uti possumus, *ibid.* Lapis angularis Christus, *iii*, 586.

Lapides pretiosi in ædibus, *xvi*, 141. Lapides pretiosi nullam inducunt utilitatem, *i*, 178. Lapidum pretiosorum yantitas, *ii*, 404.

Lapides et ligna dii appellati a Gentilibus, *i*, 108.

LAPSI si non surgunt, non in causa est is qui vult erigere, sed qui nolunt surgere, *iv*, 153, 154.

LAQUEARE aureum, *iii*, 365.

LAQUEI quot in mundo, *xxii*, 277, 278. Laqueos in virtutis exercitio tendit diabolus, *iii*, 111.

LARVÆ inanes. Sæpe pueri in ignem manus imponunt, larvas autem videndo pertimescunt, *iii*, 171. Matres solent insolentes pueros diversis larvis perterrentes, cogere eos ut ad suum gremium confugiant, *ibid.* 553. Larvæ quas in

scena histriones sibi imponunt, pulchræ sunt, splendidæ, et ad perfectiorem formam concinnatæ, *xviii*, 126. Multi, larvis sibi impositis, agunt mulieres in theatro, *xvii*, 215.

LASCIVIA et luxus mulierum tempore Chrysostomi, *iv*, 277, 279, 280. Lascivia quomodo corrigenda, *xiii*, 357, 358.

LATINÆ linguæ studium, *xx*, 63.

LATONA. De hyperboreorum regione fabulantur, teste Hecateo apud Diodorum, Latonam ibi ortam esse, et Apollinem ibidem magno in honore haberi, *xviii*, 580.

LATRO nulla prævia admonitione in cruce Christum confessus est, *xi*, 455. Latro non multo tempore paradisi ingressum impetravit, sed eo spatio quo verbum unum profertur, eo momentò abstersis totius vitæ suæ peccatis, etiam ante Apostolos probationis præmium accepit, *xxi*, 462.

Latro bonus principio maledicebat Christo, *xi*, 285. Latronis in cruce ab alio latrone differentia, *ibid.* Latro in cruce doctor, *ibid.* 286. Latronis fiducia in cruce, et ejus philosophia in supplicio, pietas in cruciatu, *ibid.* 271. Duo latrones erant, ambo in cruce, ambo ex vita prædatoria, ambo a nequitia, sed non ambo in iisdem; alius enim regnum cœlorum in hæreditatem accepit, alius in gehennam missus est, *ibid.* 270.

Latro cur in paradisu introductus, *ii*, 440. Uno verbo prolato, sola fide exhibita paradisu ante Apostolos insilit, *ibid.* Latro quomodo ingressus in regnum cœlorum, *ii*, 445.

Latro pendens in cruce oratione regnum cœlorum impetravit, *v*, 123. Ingressus est in paradisu non cum corpore, *ii*, 441. Latronis boni philosophia, *xxii*, 484. Latrones ambo initio convitiabantur Christo, *vii*, 349.

Latro alius quasi in statera in altum sublatus, alius depressus, *ix*, 255.

Latrones Andronicum captum dispoliatum dimitunt, *xxiv*, 141.

Latrones in carcere degentes, absque metu vivunt; quando autem ad velum sistuntur, solvuntur metu, *xviii*, 51. Velum illud, ad quod sistuntur latrones, prætorium erat, seu locus ubi exerce-

bantur judicia, sic dictus a velis quæ obtendebantur, *ibid.* 579.

LATROCINIO gravius est adulterium, xv, 253.

LAVACRUM baptismi priora crimina abluit, xx, 381. Lavacrum baptismi quaslibet maculas eluit, xx, 368. Lavacri Judæorum a lavacro baptismi discrimen, *ibid.* 367.

Lavacrum regenerationis, iii, 292, 293, 357. Lavacrum baptismi est phar-macum et quasi antidotum, xx, 369.

Lavacrum baptismi non potest iterari, xvi, 261.

LAUDARE delinquentes longe plus est quam delinquere, v, 153, 154. Laudare virtute præditos prodest, *ibid.* 153. Laudare improbos supplicium parit, *ibid.*

Laudare Deum vel tacentes possumus, iii, 527. Laudare vitium peccatum est, *ibid.* 390, 391. Laudandi modi varii, iv, 192, 193.

LAUDES aliorum justo gaudium, xi, 213. Laudes etiam virtute præditos voluptate afficiunt, xx, 476. Laudum et hymnorum præstantia, *ibid.* 523.

Laus non placet ex ore peccatoris, xx, 522. Laudis amatores nimii culpantur, *ibid.* 476. Laudes qui non contemnunt gravia multa patitur, *ibid.* 479.

Laus hominum quam fluxa, i, 82, 83. Laudes hominum non curandæ, *ibid.* 323. Laudari Christianus ab omnibus nequit, *ibid.* Laudes Dei quomodo cantant membra nostra, iv, 141.

Laus Dei quid difficultatis habeat, iii, 526. Laudes orationis, iv, 174. Laudari vis, lauda, iii, 45, 46.

Laus quid, iii, 384. Magna res est, quæ purgat animam, iv, 87. Laus Dei quæ sit, iii, 510. Laus Dei sacrificium ipsi gratissimum, iv, 211. Laudis sacrificium, iii, 571.

Laudem Dei quomodo emittant bruta et fera, iv, 196. Laudare se quando liceat, iii, 12. Laus propria vitanda, v, 256.

Laus multitudinis contemnenda, vii, 75. Laudes qui quaerit, a Deo non laudatur, v, 254, 255.

